# Commentarij a Philip-
# po Beroaldo condi
# ti in aſinũ aureũ
# lucij apuleij.




030026576

## Ad Maximum Antiſtitem. D. Petrum Archiepiſcopū Colocenſem Philippi Beroaldi Bononienſis Epiſtola.

MOS Fuit Antiſtites Ampliſſime Statuas eorum
publice dicare: Qui aliqua Illuſtri cauſa ꝑpe-
tuitatem meruiſſent; Sūmiq; homines nō pau-
ci Simulacra corporum ſuorum In propatulo colloca-
ta conſpici uoluerunt. Ita nominis gloriæ conſulentes
ſibiq; īmortalitatem prorogantes. Præclarum hoc ſane
negocium. Cuncta enim virtutis monumenta præclara
eſſe cenſeo. Sed nimirum illud multo præclarius ē mul-
toq; ꝑennius Ingenioꝝ q̄ corporum effigies Reliquere.
Animorum q̄ mēbrorum Expreſſa liniamenta Nepoti-
bus poſteriſq; diſſeminare In memoriam ſempiternā. Si
quidem ſtatuæ & imagines intereunt, aut ui conuulſæ.
Aut vetuſtatis ſitu decoloratæ. Volumīa vero: quæ ſūt
vera ſpirantiaq; hominum ſimulacra. Nulla ui cōuellū-
tur, nullo ſenio obliterātur. Fiuntq; vetuſtate ipſa ſan-
ctiora Durabilioraq;. Ego iam pridem aliquot id genus
effigies ſub litteratoria īcude procuſas mihi ipſemet pu-
blice poſui: Quibus nō minus opinor ingenii mei ſimi-
litudo expreſſa cōſpicitur: q̄ olympionicarum Simula-
cris ꝑfecta corpoꝝ liniamenta ſpectabantur: Quæ Ico-
nica Auctores appellāt. Hoc vero nouicium Animi no-
ſtri Simulacrum vario effigiatu cultuq; laborioſo per-
politū ſub tuo Nomine publicamus. Tibiq; nuncupatī
Dedicamus Archiepiſcope Colocenſis: Quē merito bea-
tum cenſemus: Cuius Ampliſſime Religioni Luculenta
doctrina cōiuncta eſt: quæ duæ Sociabili nodo Cōnexæ

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

proculdubio ſunt Beatitudinis effectrices. Quippe Religio uitiorum expultrix Deo
nos conciliat & uinculo pulcherrimo connectit: Doctrina uero uirtutis indagatrix
immo ipſa uirtus animos noſtros exornat excolit uenuſtat. Tolle ex mortaliū Com
mertio Religionem atqꝫ doctrinam/ quibus haud dubie uita conſtat: Cuncta conſpici
es incondita. Impolita. Squalentia: Nec minus tenebricoſa q̄ ſi ex mūdo Solē Lunāqꝫ
ſuſtuleris. Pytagoras ille philoſophiæ primus nuncupator Inter plurima quæ hu/
mano generi ſaluberrima Documēta præcepit Cumprimis monet/ Deum Religione
colendum eſſe. Animum diſciplinis excolendum. Tu peride ac pythagorici Dogma/
tis obſeruantiſſimus Cultor Ita Religione præcellis. Ita Doctrina præpolles/ Vt nul/

*Laꝰ Archiepiſcopi Colocēſis.*

li Antiſtitum Clariſſimorum ſis ſecūdus. Agiſqꝫ Archiepiſcopū ex omni prorſus par
te abſolutiſſimū: In quo cōſertus Epiſcopaliū uirtutū chorus ſplendicat. & ſacerdota
lia ornamēta collucent. Eccleſiæ Columen Euāgelii tuba. Et Doctrīæ chriſtianæ Prō/
ptuariū/ Apoſtolus Paulus ī Epiſcopo ꝑfectiſſimo deſiderat/ Sobrietatē. Prudentiā.
Sanctitudinē. Cōtinentiā. Sanāqꝫ doctrinam. Quæ oīa ī te uno affatī cumulata Cōſpi/
ciuntur/ Tu ſobrius. Tu prudēs. Tu moribus Defecatis ornatus. Tu caſtitate uitæ Sā/
ctiſſimus. Frugaliſſimuſqꝫ. Doctrīa uero tanta peculiariter excellis. ut non minus ſis
eruditiōe q̄ Archiepiſcopatu memorādus. Inſtar Iubæ Regis: quē ſtudiorū claritate
q̄ Regno memorabiliorem Auctores Clariſſimi prodiderunt. Tu īſtar Cipriani Auro
Argentoqꝫ Suffarcinatus exiiſti De ægypto Iuxta Dominicum ꝓceptum Deſpoliata:
Tu mellis primicias hoc eſt prædulcem eloquii ſuauitatem domino obtuliſti. tu ſicu/
ti diceris ita reipſa es Acrhiepiſcopus. hoc eſt princeps primariuſque epiſcoporum.
Nam ſicuti claritudo natalium non facit Matrem familias. ſed boni mores. Ita neque
Stēmata neqꝫ opes neque Nobilitas dāt primatum Apicēqꝫ ſummo ſacerdoti. Sed reli/

*Contra īdoctos epiſcopos*

gio doctrinæ copulata. Ecōtrario cōpluſculi hac tempeſtate in eccleſia dei uiſuntur:
Qui cum epiſcopali dignitate ſint ſummi/ morum & īſcitiæ dehoneſtamēto ſunt in
fimi. Quibꝰ magna lauticiæ Luxuriæqꝫ cura eſt. maxima uirtutis īcuria. In quibus
Epiſcopi nichil qcq̄ cernas ꝑter habitū & nomen: Qui qd ſit Epiſcopatus ignorāt/ In
ſtar phaniæ Pontificis propter Ruſticitatem Quid eſſet pontificatus neſcientis. Con
ditores eccleſiaſticæ litteraturæ celeberrimi prodiderūt Cæcū animal deo offerri quo
tienſcunqꝫ illitteratus ſacris initiatur. fitqꝫ Adſcripticius militiæ Religoſæ. Dii boni
quot ceca animalia quotidie Deo dedicantur. Quot Antiſtites primarii. Quot Pro
tomyſtæ. Quot Epiſcopi cecutiētes ſūt Et prorſus Talpæ Hoc eſt īdocti īcultiqꝫ. Lux
enim ſacerdotis & cultus doctrina eſt. Habent hii quidem domos exornatas opiparā
ſupellectilem. familiā numeroſam. Omnia ſplendentia preter ipſos dominos. qui ui
tiis decolorati & labe Ignorationis infecti Sunt tenebricoſi prorſuſqꝫ ſordeſcunt. Et
cū Maieſtas Epiſcopalis auro comparetur Non tā fulgore auri ſplendicant q̄ plūbi li

*Epiſcopus explorator.*

uore palleſcūt. Epiſcopus autem cū greco uocabulo explorator ſiue ſpeculator ſigni
ficetur Videre ſane eſt tales Epiſcopos dignos tanto nomine/ Dum curioſe explorant
& ſolerter ſpeculātur Redditus atqꝫ uectigalia epiſcopatus: Qua qdē unica in re me
rentur Epiſcopi nominari. Hoc eſt exploratores diligentiſſimi. & ſpeculatores ſoler
tiſſimi: Quos ut ſerio loquar & dicam quod ſentio non tam epiſcopos q̄ pſeudo epiſ

*Ignorātia ut cācer.*

copos merito appellaueris. Cum autem ignorātia inter religioſos hoc maxime ſecu
lo Tanq̄ Grangrena ſerpat & perinde ac peſtilentia late graſſetur/ Tu ab eius contagio
ne longe reſiliens Muniſti temetipſum Alexipharmaco doctrinæ chriſtianæ eloquen

tiæquemedicamento: Quibus nihil pōt eſſe potētius utiliuſque. Et cū aliorum animi
in macie/Corpora in ſagina ſint/Tua mēs adipibus doctrinarum Saginata pīgueſcit:
Q ualis pinguitudo. quanto uberior tanto ſalubrior. Cæterū cū ex Apoſtolico pre/
cepto Oporteat Epiſcopū eſſe dei diſpenſatorē atque pediſequū/Cūque in eccleſia hoc
ſit epiſcopus. Quod in naui gubernator. in curru Rector in exercitu dux. Tu inſtar bo
ni patris familias Tota eccleſiæ mēbra circunſpicis. & neqd laxabundum ruat Curio/
ſe Procuras: ut uerum ſit: Qui bona fide Deū colit/eundem & diuina diligenter exco
lere: Inſtarque Boni paſtoris Eorum quibus præes commodis ſalutique Subſeruis.
Tu eccleſiæ Rector exornator illuſtrator exiſtis: Et ſicuti ſacrarium ſanctitudinis ac
Domicilium Dei eccleſia dicitur/Ita te Præſide eſſe cognoſcitur. Quæ uero ad tuum
ſacerdotium pertinent diuina myſteria. ea tam diligenter/tam ſancte/tam ſolenniter — Hoſpitaliſſimus archiepiſcopus Col.
celebrantur. ut omnia In his maxime caſta ſolemnia Religioſa ſint: Vt ſacerdotes alii
ex inſtitutis tuis Religionis colendæ formulam mutuentur. Ad hæc cum hoſpita
litas: Quæ præcipua uirtus eſt/Epiſcopum cumprimis exornet: Domus tua patet
Illuſtribus humilibuſq; hoſpitibus Indiſcriminatim. Pauperes ad te perinde ac i Aſy
lum ſalutis confugiunt. Tuis erogationibus ſuſtentantur. Et profecto qui beneficus
eſt In egeſtoſos: Deum promeretur. Imo ut uerius loquar deum ipſum computat de
bitorem. Plautina illa ſententia/de mendico male meretur: qui ei dat quod edat aut bi
bat: Tibi iure optimo ueluti inhoſpitalis ac deteſtanda Improbatur. Qui probe cal
les humanitatis officium eſſe neceſſitati hominis egentis ſubuenire. Q uantum ue
ro illud eſt/Quo preconio. Q ua laude memorādum? Q uod Militibus Regiis An
nonam omnitariam calceos. pilea ueſtimenta large ſuppeditas/Qui oppoſiti ſunt
ueluti obices Turcis Cohercendis. & ſane decet Epiſcopum Orthodoxum nulli in/
pendio parcere ad cohibendos hoſtes chriſtianæ fidei ſempiternos: Qui ſanguinis
noſtri ſitientes Chriſtianiq; nominis delendi cupiditate flagrantes/faciunt continen
ter in regionibus Pannonicis incurſiones: oībuſque uiribus expugnare cōtēdūt Pro
pugnaculum in confinio Pānoniæ munitiſſimum: Cui Belgrado nomē. Verum illic
ꝑſidium Regium in procinctu expeditum ſemper eſt ad illorū īpetum retundēdū Et
ferociam ſuffrenādam. Hii autē bellatores Limitanei Tuis inuitamentis Excitantur.
Tua largitate fiunt in arma promptiſſimi. Te opitulatorem Te parentem Conſono
ore Appellitantes. inde fit ut te non minus Auxilio pollentem q̄ conſilio experiātur.
Cum autem ſūmus honos ſit notum eſſe tātūmodo Ampliſſimis pricipibus: Tu apd
Maximum Pontificem Alexādrum es īpetrabilis. Tu Maximo Regum Regi Mathiæ/
Cuius laudes nulla ætas conticeſcet. Q ui Alexandro Magno Cæſari dictatori Han/
nibali Pœno uirtute īperatoria eſt comparandus/Tam carus/tam iucundus olim — Laus mathiæ Regis.
fuiſti: Vt apud Maximum Regum honoratior fueris q̄ apud Scipionem Panetius.
Apud Alexandrum Ariſtandes. Nec immerito. Ille enim res maximas compluſculas
tuo conſilio. Auctoritate. Prudentia glorioſe confecerat. Q uamobrem maximis ſi/
cut Par erat/Te ornamentis ornauit. Et Archiepiſcopatus Apice meritiſſimo cōdeco
rauit. Quem tu tamen ante merueras q̄ acciperes. Quippe uiri præcellentes ſtudent
non tam ſuſcipere ſacerdotium q̄ mereri. Verum enim uero in ætate hominum agen
da Vt inquit plautina matrona/uoluptati mœror comes cōſequitur/& Serenitati tē/
peſtas proxima/Deniq; nulla tranquillitas poteſt eſſe diuturna: Nec ulla fere eſt tam

ſolida fœlicitas. quam nõ fortunæ turbo Cõcuciat: quæ ſemper uirtuti aduerſatrix eſt & coutumax. Cuius ſpicula aculeata Cum aliubi, Tum in Aula principali maxi me perforant. Vbi inuidi calumniatores atque maleuoli criminatores dominantur: qui ĩ cubiculo Regio Viperæ Linguas uirulentas uibrant in perniciem Bonorũ. qui fœlicitatem inuident beatis: Doctrinam eruditis: qui inuidentiæ ſtimulis irritati uirtutem præcellentem allatrare non ceſſant. omni prorſus peſtilentia peſtilentiores. in hoc maximi Principes. quod cum bona illorum uenia dixiſſe fas ſit. identidem peccant. Vt uidelicet Neuo Credulitatis infecti Aures nimis patulas præbeant Delatoribus. quos ut ſapiẽter Domitianus dicere ſolebat, qui non caſtigat irritat. Horum itaque fictæ criminationes te Regi Mathiæ fecere ſuſpectum, ac ueluti procellæ turbulẽtæ uentos regios. qui tibi ſpirabant ſecundiſſimi, immutarunt. in tantum ut Cymba tua retrorſum acta ſcopulo illideretur. tunc fortunæ fulminantis ictu nõ tam extinctus ꝙ decoloratus docuiſti uirtutem Afflari poſſe extingui non poſſe. cuius cũ proprium ſit neque Rebus ſecundis immodice efferri Neque aduerſis imminui. Tu ſicuti in proſperis Modeſtus ita in aduerſis conſtans procellã illam impetu uehementiore proſilentem patienter pertuliſti Virtutis adminiculo fultus: & conſcientia ĩmaculabili ſubnixus. Qui ad unicum calamitatis leuamentum ſtudia confugiens id temporis maxime expertus es litteras ſicut felicibus in rebus ſunt maximo ornamento, Ita ĩ calamitoſis eſſe Maximo ſolatio, Singularique perfugio. ex quo uberrimus eſt fructus Iucũditaſque ſapienti. Verum cum maximum hominis propugnaculum inocẽtia ſit. Cumque uirtus concuti poſſit excindi funditus non queat Tu priſtino Mox faſtigio reſtitutus clarior illuſtriorque emerſiſti. Inſtar ſolis quẽ nubecula obumbrauerit: qua mox diſpulſa purior nitidior flagrantior emicare conſueuit. Impreſentiarum in maxima es ſicut merito eſſe debes exiſtimatiõe atque auctoritate apud Sacratiſſimum & omni cum honore mihi nominandum Regem Vuladiſlaum, quem Religioſiſſimum ſanctiſſimum indulgentiſſimum Regum omnium ſciũt omnes qui nouerunt, Et cõſtans fama latiſſima prædicatiõe circunfert. Qui Regiis uirtutibus quaſi compactus atque conglutinatus duorum Regnorũ Pãnoniæ & Boemiæ habenas ſapienter & ſalubriter moderatur: cui non ſecus ac Traiano alteri cognomentũ Optimi optime congruit. Quem mihi in animo eſt aliquando reuerenter ſalutare Sed non ſine munere carthario: Sicuti parthorum Regem Nemo ſine munere ſalutat. Tu apud ſummates & proceres Aulicos omnis es amabilis. Atque pro ea qua plurimum polles uirtute es uenerabilis. Te omnes uti parentem colunt, Regiiqꝫ ſtatus patronũ ſtrenuiſſimũ cum laude ſuſpiciũt: Cæterũ cũ pulcherrimũ ſit ut inuita Ita in ſtudiis ſeueritatẽ comitatemqꝫ miſcere Et ex diſſonis facere cõcẽtũ. Tu auſteriorem ſpiritalis doctrĩæ diſciplinã miſces lenioribus ſecularis ſapiẽtiæ cõdimẽtis: poſt ſpicas ex ſalubriori Meſſe collectas racemos uĩdemiæ Oratoriæ ſuauiſſimos decerpis, ſine cuius ſuaueolentia Doctrinæ omnes inodoræ, inſuaues, iniucũdæ ſũt & prorſus Aſpernabiles. Oẽs q iſtinc ueniunt multa de tua æqtate tẽperãtia Integritate, Doctrĩa cõmemorant. teqꝫ Præconio Bonitatis extollũt. Quid memorẽ ꝙ probus ꝙ ſplẽdidꝰ ꝙ ĩculpatus exiſtas in uita ĩteriore atqꝫ domeſtica: Ex qua mores ꝓpẽduntur & ĩterior hõ diſpicitur. Cũqꝫ ex moribus miniſtrorum domini per ſepe iudicẽtur. Domus tua tota bene Inſtituta, Famulitium, Quod pro dignitate copioſum ẽ, ad mores dominicos mire formatũ. Nihil turpe dictu factuqꝫ in domo tua neqꝫ auditur neqꝫ cernitur: Quod

Calũniatores ĩ aula regia.

Litterĩ ĩ aduerſis ſolatio.

Laus Regis Vuladiſlai.

Vita interior ĩculpabilis.

ſiqui aliquando improbiores exiſtunt/Difficile eſt enim in maxima Familia ad præ/
ſcriptum Cunctos innocenter degere/ eos tu auſteriore Medicina ſeueritateque non
tam tetra qua tetrica/ad frugem bonam reuocare contendis. propiores uero indul//
genter Amplexaris ac foues. Ita ex malis Bonos. Ex bonis optimos efficiens. id quod
in. M. Antonii Imperatoris laudem plauſibiliter proditum eſt. Et cum in Familia nu
meroſa plures habeas egregie fideles/Inter cæteros probiſſimus eſt Martinus Attha
dinus: Q uo in negociis dominicis obeundis nihil fidelius diligentius uigilantius
noui. Quem tu ex omnibus unum ut pote ſolertiorem maxime idoneum delegiſti
Cui Arcana committeres. & negocia per magna concrederes. quem ad pontificem
Maximum nuncium renunciumque impetrabilem es expertus. Et cum in te habun//
dent uirtutis & bonitatis exempla. Tu iuſti æquique pertinax religioſæque inſtitu//
tionis ſeruantiſſimus Penſum religioſum/quod quotidianum ſacerdos bonus Deo
debet/ſuis horis abſolutum incontanter reddis. in tantum diſſimilis iſtis: Quibus
pro Pſalterio pſaltria eſt. & pro ſancto breuiario ſcortum accubat. Et cum ex Home/
rica ſententia turpe ſit uiro primario totam noctem ſomno conſumere/Tu ſomni
parciſſimus uigilas de nocte bonaſque horas Bonarum artium ſtudiis impendēs/Ita Vigilax
uitam procudis prorogaſque: uita enim uigilia eſt/Denique agis Archiepiſcopum ſi archie/
ne ſuperſtitione religioſum: Sine ſimulationis fuco/ſincerum. Sine labe emaculatū piſcop⁹
ſine iactantia litteratum. Vt merito unus dici poſſis irrepreſibilis. quod abſolute uir
tutis inſtar eſt: idque in epiſcopo depoſcit Apoſtolus. Age uero illud uetus uerbum
quod ait ſimilia ſimilibus lætari. non ne ſpectatiſſimum in te ueriſſimumque eē cō
ſtat? Qui cum ſis litteratiſſimus conuictoribus litteratis delectaris. Habeſque in prā
dio & cœna eruditos fabulatores: Quorum ſermones conuiuales ſunt tibi pro pa//
bulo ſuauiſſimo: qua in re mehercules Alexandro imperatori Romano es ſimillim⁹
Qui in conuiuio doctos omnes adhibebat: dicens ſe litteratis fabulis recreari & pa/
ſci: Et profecto uiro Eruditiſſimo condimentum ſuauiſſimum eſt fabulatio litterata.
Contra cum inter ſe doctis indoctiſque ſit naturale diſſidium Tu prophanum uulg⁹
odiſti & indoctos eliminas. Bonos omnes inter ſe ut inquit Plato oportet amicos eē
Et ſi ſint minus noti: Quorum mores ſectæq; conueniunt: Tu platonici præcepti reti
nentiſſimus Bonos oīs Hoēē litteratos diligis ac foues. Et cū eruditis ſit amicitia tua
uel maxīe Cōcupiſcēda: Tu eruditoꝝ beniuolētiā ſtudioſe expetis. mūeribuſq; cōcili Doctus
as. Nullus ī Italia litterarū litteratorūq; Altrice ac parēte ē ſtudiorū claritate paulo ce doctos
lebrior: Qui nō tibi ſit glutio amicitiæ copulatus. Tu me pīde ac ī ſtudiis hūanitatis amat
neq; poſtremum/Neq; imi ſubſelli profeſſorem mūeribus es proſequutus. Tu ad me Libera/
crebras litreras dediſti: Q uo dii boni lepore. Q ua uerborum atq; ſententiaꝝ Ame lis ī eru
nitate Refertiſſimas Prorſus ut perfectus Orator. Tu ad me ueluti ad præceptorem. ditos
neque moribus. neque doctrina penitendum Deſtinaſti neceſſarios diſcipulos ut do
ctrinis expolirentur/Et dolatorio eloquentiæ leuigarentur/Inter quos eminet Mi/
chael Cheſerius. quo in puero mirifica indoles uirtutis apparet. Et īgenii lumē Elu/
ceſcit. Qui ad comendam linguam & capiendum Facundiæ cultum eſt oppido q̄ do
cilis: haud quaquam degenerās a parēte Stephano Cheſerio uiro clariſſimo: qui ob/
probitatem atque uirtutem agit iſtic Viceplatinum: quod nomen eſt præfecturæ in
Pannonia honoratiſſimæ/Tertiaſque a Rege dignitatis partes gerit. Magnū hoc ego
duco/Q uod Archiepiſcopo Maximo eloquentiſſimo/doctiſſimo/Noſtra quantu/
lacunque eſt doctrina non ſordet. Huiuſce autē inter nos Florentis in dies amiciciæ

Conciliator & quaſi cōglutinator fuit diſcipulus meus Philippus Cyulanus Iuuenis
Apprime Nobilis & impenſe doctus. qui Auro Pannonio merces latias hoc eſt littera
riam ſupellectilē: Qua nil precioſius/ Comparauit. Et hac politiori eruditione Suf/
fracinatus/ Pigmentiſque Oratoriis bene coloratus in patriam ad ſuos nuperrime re
meauit. Et ſane me plurimū iuuat/ cū ex Gymnaſio noſtro litteratorio Scholaſticos
Conſpitio: non ſolum Ciſmontanos Verum etiam Tranſmontanos Nobiles com/
pluſculos bene litteratos prodiiſſe: quotidieq; prodire Repurgata linguarum Vitili
gine omniq; Deterſa Barbarie. Inter quos ad preſens eſt Gemma Scholaſticorum/ & il
libatus eloquentiæ candidatorum Flos Iohannes Vartimbergenſis Boemus/ Meus
ut uulgo dicitur Compater: Quem Arctiſſime diligo: quo Amabilius/ elegantius
ſplendidius Nihil quicq̄ reperiri poſſe cōtenderim: Hic me formatore ac magiſtro tā
enixe colit eloqnētiam Tam diligenter indulget ſtilo latiali: Qui optimus opimuſq;
eſt dicendi artifex: ut ad genitales Terras in patrium larem ſit elegantias Italicas haud
dubie ſecum relaturus. Vt Tullianis ornamentis excultus poſſit inter ſuos/ non ſo/
lum diſertus uerum etiam eloquens haberi. Et doctrinæ nitidioris honeſtamento no
bilitari. Ergo igitur ut hæc q̄ mihi tecū felicibus auſpiciis exorta ē amicicia Tā proba
Tā ſancta Tā ſplēdida uulgo īnoteſceret: fieretq; apud poſteros quoq; teſtatior/ Com
mētarios hoſce Apuleianos tibi nominatī Dedicaui Archiepiſcope Petre inter Anti/
ſtites primarios Doctiſſime. Inter doctos Religioſiſſime. Inter utroſq; Clariſſime:
Quod ſane munus Neq; minus precioſum q̄ aureum/ Neq; minus fulgens q̄ argen/
teum tibi potiſſimum uideri debet. Qui optime noſti bona animi Tanto bonis ex/
trariis præſtare quanto animus corpori Antecellit. Quæ in Lucio noſtro ſalebroſa
āte hac ſētiebātur/ ea leuigare: Quæ obſcura illumināre: Quæ tortuoſa corrigere cō
nixus non pauca quaſi aliud agens de induſtria īterſerui ad omnifariam interpræta/
tionem pertinentia: Quibus ueluti condimentis Nauſeoſus laſſeſcentis cōuiuæ ſto/
machus Reficeretur. & omne quaſi faſtidium abſtergeretur. Multa medius fidius ex
Secretariis Doctrinarum abdita eruere atq; expromere elaboraui: ut pro uiribus iu/
uarem ſtudioſos linguæ latialis prodeſſemq; poſteritati. Spero haud indignos futu
ros Cōmētarios: qui in bibliotheca tua reponātur: quā libris oīgenæ Doctrīæ copio
ſiſſimis habes inſtructiſſimā elegantiſſimāq;. Dii faxint ut teſtes ſint mei Erga te amo
ris & obſeruantiæ ſempiterni. Vt nomen tuum meumq; iunctim latiſſime circunfe
rant. Et ſane impreſſor optimus operam dedit: ut Volumina Cōmentariorū circiter
duo milia formis excuſſa diuulgarentur. Mihi in Animo eſt In reliqua quoque Apu
leiana Volumina Condere Annotationes/ Si hæc tibi non diſplicuiſſe cognouero: Te
enim iudicem tanti facio/ quanti fieri debet doctiſſimus Maximus Amantiſſimus cen
ſor/ Et is cuius Nomini peculiariter Dicātur. Opto ut Opus hoc muſteum tibi priua/
tim miſſum quoq; nomini dedicatum omnibus Probis legatur: Male litteratos ni
hil moror. Vale decus Antiſtitum/ & Columen eruditorum. Meq; prout cœpiſti Ab
ſentem abſcens Dilige. & cum a Seriis occupatiōibus fueris Feriatus: hæc qualiacūq;
ſunt Tranſlegere ſpreueris.

Io Var/ tibergē ſis com pater meus.

Cōpen/ diaria laus ar/ chiepi/ ſcopi.

PRAEFATIO

## ❡PHILIPPI BEROALDI IN COMMENTARIOS APVLEIANOS PRAEFATIO.

MAgica Ars quæ in maxima fuit apud priſcos dignatione: Tres alias artes imperioſiſſimas humanæ mentis complexa in unam ſe redegiſſe creditur. Videlicet medicinam religionem atq; Aſtrologiam: Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici uinculo in tantum faſtigium adoleuit: ut in oriente Regum Regibus imperaret: ſine dubio illic orta a Zoroaſtre Conditore: Quippe inter prima regalia docebatur: Nec ullus apud perſas regnare poterat niſi magiam calleret: Auctor eſt Plato. pueris regum doctores quattuor attribui: Quos regios pedagogos appellant: Quorum primus magicam peculiariter docet. Tota pene Homeri odiſſea. non aliunde q̃ ex magia conſtat: Siquidem protei tranſfigurationes. & ſirenum cantus. & circes pocula. Et inferorum euocatio Magico intellectu conuelantur: primum de ea commentatum Hoſthanem eſſe memoriæ prodiderunt: qui Xerſen Regem bella Græciæ inferentem comitatus ad rabiem non auiditatem modo huiuſce Artis græcorum populos egit: Tantaq; antiquitus claritas gloriaq; ex hac ſcientia pene ſemper petita eſt: Vt Pythagoras: Empedocles: Democritus: Plato: Lumina doctrinarum ad hanc diſcendam nauigauerint peregrinationibus ſuſceptis: hanc reuerſi prædicauerint: hanc in arcanis habuerint: Hiſtaſpes quoq; rex prudentiſſimus Darei pater cum indiæ ſecreta penetraret ad nemoroſam quandam uenit ſolitudinem: cuius tranquillis ſilentiis præcelſa brachmanum ingenia potiuntur: eorumque monitu edoctus puros ſacrorum ritus. ex his quæ didicit magorum ſenſibus infudit: quæ illi cum diſciplinis præſentiendi futura per ſuam quiſq; progeniem poſteris ætatibus tradiderunt: Ex eo per ſæcula multa una eadẽq; proſapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. Quin etiam Moſes ille iudaicarum legum Conditor & famigeratus magices factionem illuſtraſſe proditur: Et plane quod inter auctores conſtat orbem terrarum magia peragrauit: Oceanum quoq; tranſgreſſa Et in Britaniam uſq; prouecta: quæ illam attonite celebrauit: Gallias quoq; poſſedit: Dryudis qui gallorum magi ſunt illuſtrata: Eſt autem magia ut interpretatur Plato Deorum cultura: ſic enim ait in alcibiade primo. μαγεια εστιν των θεων θεραπεια. Vnde ab Apuleio dicta celitum Antiſtita colendiq; eos ac uenerandi gnara. Duplicem magiam eſſe eruditi autumant quarum altera platonica eſt & philoſophica: quæ nihil aliud eſſe traditur q̃ naturalis philoſophiæ abſoluta conſumatio. Cuius cultor religioſo ſanctoq; uocabulo magus appellatur. Et enim perſarum lingua magus eſt qui noſtra ſacerdos. Altera demonum potentia conſtat. res mediuſfidius execranda inteſtabilis portentoſa quam nomine deteſtabili γουτειαν goetian uel horribiliori theurgiam uocant quanuis porphirius platonicus quandam quaſi purgationem animæ per theurgiam promittit. qui tamẽ hanc artem modo tanquam fallacem legibuſq; prohibitam cauendam monet. Modo utilem mundandæ animæ parti eſſe dicit: Cæterum uulgari more magum eum eſſe dicunt: qui communione quadam loquendi cum diis immortalibus ad omnia quæ uelit incredibilia quadam ui cantaminum polleat: & uulgo magi malefici ob facinorum magnitudinem nuncupãtur: ut ſcribit diuus Auguſtinus & repetitum eſt in Decretis canonicis. xxvi. q. v. hii ſunt qui elementa concutiunt. mentes hominum turbant Violentia cantaminis citra tamen ueneni hauſtum: Ex quo cecinit Lucanus: mens hauſti nulla ſanie polluta ueneni Excantata perit. Magos dici arbitratur porphirio Commẽtator quaſi magnagos a magnis uidelicet rebus: quas ſe perficere poſſe gloriantur: Aitq; eos carminibus conuertere ſenſus animoſq; mortalium: hinc teſte Tertulliano ſunt phantaſmata caſtorum & aqua cribro geſtata. Et nauis cingulo promota. Et barba tactu inſuffata. Magia legibus. xii. tabularum fuit antiquitus interdicta: Verba ipſarum legum decemuiralium ſunt hæc. qui fruges excantaſſet: qui malum carmen incantaſſet: & illud ne ue alienam ſegetem pellexeris. hac enim doctrina fructus alieni in alienos agros trãſferri poſſe credebantur: Ideoque in duodecim tabulis ei qui hoc fecerit ſupplicium ut Cicero memorat cõſtitutum fuit. hinc ait Dido uirgiliana Magicas ſe inuitam accingier artes. Species magiæ plures. Eſt enim ex aqua. quæ hydromancia nuncupat: ex ſecuribus. quæ Axinomantia: Alia fit per ſpecula: quam Catoptromantiam nominant de qua intelligi uoluit ſpartianus in Didio Iuliano his uerbis. Carmina prophana incantauerunt: Et ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri. In quo pueri præligatis oculis incantando uentura reſpicere dicuntur. Iulianus fecit: Eſt & lecanomantia: quæ ex peluibus diuina promittit: Quas græci Lecanas uocant. Et apud perſas erant magi Strabone teſte in. xvi. lecanomantici cognominati. Quaſi ex peluibus diuinantes. pſellus quoque libro de demonibus tradit Lecanomantiam apud aſſyrios frequentatam ſcribens uaticinantes accipere peluim aqua plenam Dæmonibus cõgruentem in profunda repentibus: ubi autem Dæmon illapſus eſt aqua edi ſonum quẽdam fatidicum. Præterea notiſſimæ ſunt pyromantia. Geomantia. Chiromantia uidelicet. per iguem. terram. & inciſuras manuum factæ diuinationes. Necromantia ſiue Necyomantia ea eſt: qua umbrarum euocationes fiunt & inferorum colloquia celebrantur: a qua necromantici illi famigerati nomẽ ſortiuntur: quorum incantamentis mortui reſuſcitari diuinare ad interrogata reſpondere uidentur. Nec fit talis diuinatio ſine ſanguine. Talis eſt apud Homerum euocatio manium facta ab Vlyxe: Talis

ζοροασ τρης.

De magia ſcitu Digna.

Moſes. q uulgo. Moyſes.

Magia deorum cultus.

Magus ſacerdos

Goetia

Theurgia.

Porphirius.

Barba tactu inſuffata.

Magia interdicta legibus.

Hydromantia

Axinomantia.

catoptromantia.

Lecanomantia.

apud filium a ſcipione. Apud Valerium Flaccum ab Eſone. Apud Papinium a Tireſia. Apud Oratium a feminis ueneficis. Quidam Necyomantiam Sciomantiamq; ita diſtingunt ut Necyomantiæ ad erigendum Cadauer ſanguis ſit neceſſarius. In ſciomantia uero ſola ſufficiat umbræ euocatio. Vnde & nomē. Eſt & Capnomantia ars quædam ex fumo aræ uerum præuidendi & ex motione fumi quæ ſunt futura cognoſcendi: Cuiuſmodi diuinaculos a fumo Capnomantas appellant. Ex hoc magiæ fonte deriuati ſunt apud Romanos Ethurſci Aruſpices: Apud indos Brachmanes & gymnoſophyſtæ: Apud gallos Dryudæ. Et bardi: Apud ſiculos Galeatæ: Apud cunctas nationes planetarii: qui mathematici ſunt: Et uulgo Aſtrologi nominantur. Plinius ubiq; alacriter oppugnat illuditq; placita Magorum atq; promiſſa Magicaſq; fere ſemper uanitates appellat: nec ueritus eſt ſcribere magiam artem eſſe inteſtabilem irritam inanem: Quintus Curtius Magiam non artem eē profitetur. ſed uaniſſimi cuiuſq; ludibriū: Eccleſiaſtici conditores magicas præſtigias uocitant tanq̃ fallacia quadam præſtringentes hominum mentes rerum ueritatem ementiantur: Et ita curioſitati mortalium callenter illudant: Cæterum non parum multi credulitatem ſuam addixerunt magicæ doctrinæ: perinde ac rerum cunctarum potentiſſimæ: Inter quos ut cæteros prætereram Lucius Lucianus patrenſis Diuinationis gnarus nec minus Elegans ſophiſta: q̃ mordax ſcripſit ſe petiiſſe Theſſaliam deſiderio noſcendæ magiæ flagrans: ibique dum ſe in auem uerti cuperet in Aſinum a paleſtra ancilla unguenti potentia eſſe demutatum: Et ita ſub Aſinali Effigie: humano tamen ſenſu & mente incolumi *retenta multas* erumnas exanclaſſe: multiiugoſq; labores toleraſſe commemorat: Donec guſtatis roſis in priſtinum Lucium reformaretur: hic igitur apud græcos ſtilo pereleganti *luſit Aſinum* aureum: quem noſter Apuleius Emulatus & ipſe apud latinos Confimili argumento ſtiloq; nitidiſſimo condidit undecim uolumina de Aſino aureo: ſiue metamorphoſeon: In quibus elegans eſt. Eruditus. Emunctus. Et cum haud dubie ex racemis Luciani ſibi fecerit uindemiam: Eoq; uno archetypo prope peculiariter ſit uſus: Magna tamen inter græcum Latinumq; Aſinum differentia: Ille breuis. Hic copioſus. Ille uniformis & ſummatim ex homine in Aſinum ex Aſino in hominem transformationem reformationem perſcribens. Noſter uero multiplex & fabellis tempeſtiuiter interſertis omnem aurium faſtidium penitus abſterget. Græcus ille magiam primoribus labris guſtaſſe uideri poteſt quanuis de ſe ſcripſerit μαρτισ αγαθοσ. Vaticinus bonus. Hic uero noſter plenis hauſtibus hauſiſſe: In tantum ut Magorum maximus crederetur. Et ut auctor ē Auguſtinus. Apuleium & Apollonium dixere nō minorem q̃ Chriſtum feciſſe miracula. Et ut Lactantius refert ſolent Apuleii & multa & mira memorari. Ipſe tamen magi nomen reſpuens aduerſus calumniatores: qui ei magicarum artium Crimen intenderant eloquentiſſime ſe defendit: Sunt pterea in Lucio noſtro uerba nō parum multa interſeminata: quibus magis delecter q̃ utar. plurima uero quibus perinde utar ac delecter. Et ſane nouator plerumq; uerborum eſt elegantiſſimus tanto que cum decore & uenere. ut nihil decentius: nihil ueniuſtius fieri poſſit. Deniq; hic noſter Aſinus ſicut uerbo dicitur ita re ipſa aureus conſpicitur: tanto dicendi lepore tanto cultu: tanta uerborum minime triuialium elegantia cōcinnatus compoſituſq;: ut de eo id dici meritiſſimo poſſit: Muſas Apuleiano ſermone loquuturas fuiſſe ſi latine loqui uellent: & ut dicam quod ſentio plurimum conferre Apulei frequens lectio ad excolendam linguam poteſt: & ad eam eloquentiæ partem quam ſermonatricem appellant maxime eſt accommodata: Cuius Eloquentiam Sidonius Apollinaris ueluti fulminantem pconio uirtutis extollit: & Diuus Auguſtinus *in* epiſtolis Apuleium eloquentiſſimum eſſe teſtatur: de quo ſic ſcribit: Apuleius Afer honeſto patriæ ſuæ loco natus & liberaliter educatus: magnaq; præditus eloquentia: Eundem in libris de ciuitate Dei Platoni cum græca & Latina lingua nobilem appellat. Quaobrem te lector. oro. moneo: Hortor: ut familiaris tibi fiat hic ſcriptor ſitq; tuum quaſi manuale & Enchiridion. In quo ſi quid durum uidebitur id noſtrorum commentariorum expolitione emollietur: ac leuigabitur: quorum Ianuam repandet præcurſoria hæc & ueluti prodromos enarratio cōpendiaria de Lucii Apulei patria ingenio. & libris. Solet enim & hæc quoque ſtudioſis eſſe non iniucunda cognitio.

Sciomātia. Capnomantia. brachmanes. Dryudæ. Plãetarii. Luciãus ex patris. achaicis. Ex racemis. Luciani Videmia Apuleii. Miracula facta Apuleio. Nouato Verbo℞. Sermonatrix. prodromos. Enarratio.

## ❡VITA LVCII APVLEII SVMMATIM RELATA.

LVcio Apuleio afro nobili Platonico: patria fuit Madaura Romani. Po. Colonia olim ſplendidiſſima. & ſub ſyphacis ditione collocata. quæ in numidiæ getuliæq; cõfinio ſita eſt. Ex quo ſeminumidam & ſemigetulum ſemet ipſe profitetur. Vnde & madaurenſis platonicus Sidonio dictus pater nomine theſeus cunctis in patria honoribus perfunctus. Mater nomine ſaluia. Inter fœminas probitate præcellẽs: Cuius nobilitas ſatis clara ut pote a Plutarcho illo inclyto cheronenſi: ac ſexto philoſopho Plutarchi nepote deriuata: Vxor pudentilla opulentiis uirtutibuſq;: quæ in fœminam cadunt dotatiſſima: ipſe uero ſucculenta proceritate: oculis ceſiis: Flauo capillitio ſpecioſus: Floruit carthagine: ſub Ioliano auito. & Claudio maximo. proconſulibus: Vbi pueritiam diſciplinis liberalibus excoluit: plurimũq; ſub doctoribus Carthaginenſibus profecit. Vnde haud immerito ſe ſe carthaginis alumnum gloriabundus prædicat: eamq; africæ muſam celeſtem & magiſtram uenerabilem appellat. Dein athenis unde omnium doctrinarum fluenta antiquitus hauriebantur: ebibit muſarum crateras multiiugas: poeticæ commẽticiam: Geometriæ lympidam: muſicæ dulcem: Dialecticæ auſterulam: uniuerſæ uero philoſophiæ nectaream: Nouẽq; muſas: hoc eſt nouem diſciplinas ingenuas magno ſtudio nec caſſo ſudore percoluit: Mox Romæ ſtudiorum latinorum cultor aſſiduus & uigilax ad id facundiæ Romanæ faſtigium peruenit/ ut eloquentiſſimus doctiſſimuſq; iuxta conſpiceretur: poſſetq; meritiſſimo polyhiſtor hoc eſt multiſcius nuncupari: ibiq; ſacris Oſiridis initiatus in numerum paſtophororum: quod ſacroſancti collegii nomen: cooptatus patrocinia forenſia ex dei præcepto libens obibat. Hic nõ minus eloquio pollens q̃ eruditione præpollens negocium agens poſteritatis non parum multa uolumina condidit. quæ partim incuria temporum intercepta deſiderantur: partim ad poſteros tranſmiſſa affatim declarant quantum uir ille ingenio doctrinaq; præſtiterit: quantumq; inter barbaras atq; incultas nationes uirtus eluceſcat: ſic & olim apud ſocordiſſimos ſcythas anacharſis ſapiens natus: ex Apuleianis monumentis cum alia compluſcula. tum de conuiualibus queſtionibus de piſcibus/ De genitu animalium. & epigramata/ & hermagoras deſiderantur: ex his uero quæ hoc tempore extant/ Circunferuntur libelli quattuor Floridorum. In quibus Florida facũdia: & odorata eruditio lectorem mirum in modum oblectat tenet amenat: Vbi ueluti ſaltuatim uarietas rerum contexta conuiſitur. Oratorias omnis uirtutes complectitur copioſiſſima & diſertiſſima oratio: qua crimen magiæ ab aduerſariis obiectum a ſe alienum eſſe defendit tantis eloquentiæ doctrinæq; uiribus. ut ſemet ipſum uiciſſe uideatur: Liber eſt unus de deo ſiue demonio Socratis inſcriptus. cuius teſtimonium identidem citat Diuus Auguſtinus in definitione demonum: & deſcriptione hominum. De Dogmate Platonis libri duo: Vbi quæ a Platone pluribus uoluminibus diſperſim lateque explicantur/ ſtrictim & in arctum collecta miro breuiloquio perſcribuntur: De coſmographia unus. non pauca continens ex meteoris Ariſtotelicis: Dialogus triſmegiſti ab eodem latinitate donatus. Ita ut non tam eleganter atticiſſare: q̃ latialiter diſertare uideatur. Cumprimis uero uolumina. xi. de Aſino aureo. tanto lepore tanta elegantia: tanta florulentæ narrationis uarietate condita ſunt. Vt nihil lepidius floridius/ amabilibus eẽ quicq̃ poſſit: adeo ut merito Aſinus aureus ob ſtilum bracteatum & nitidiſſimam pulchritudinem inſcribatur/ quid enim pulchrius hoc Aſino uere aureo. uere bracteato? Quanq̃ non pauci ſunt/ qui metamorphoſin hoc eſt transfigurationem: ſiue transformationem: ex rei argumento malint appellitare: Cæterum cum nitor huiuſce Aſini pleriſq; omnibus non aureus ac fulgens: Sed tenebricoſus ac pallens uideatur: exiſtimaui me facturum operæpretiũ conſulturumq; pro uirili parte ſtudioſis Apuleianæ eruditionis: Si commentarios excudiſſem ea incude eaq; officina tornatos/ ex qua commentarii in propertium: In Suetonium trãquillum formati in publicum iam pridem prodierunt: Ex qua annotationes. orationes. poematia. Ex qua innumera opuſcula fluxere: Itaq; non minus libenter q̃ diligenter ſuſcepi hanc commentandi prouinciam: ut meo labore aſpredines ſalebrarum ſiquæ ſunt in aſino Apuleiano leuigarentur: omniſq; nocturna caligo immiſſa luce diſcuteretur: Spero hæc noſtra qualiacunq; ſunt annotamenta minime futura ingrata minimeq; pœnitenda candidatis doctrinæ politioris. tibiq; potiſſimum: qui ſemper ſititor cupitorq; extitiſti Apuleiani leporis atq; facũdiæ/ qui libellos meos in cœlum fers qui noſtros etiam neuos amare cõſueuiſti. hiſce autem commentariis de induſtria habenas modo laxiores dedi modo datas preſſi. prout res locus/ tempeſtiuitas/ exigere uidebantur. Interdum ex inſtituto prope peculiari/ floſculos ex doctrinarum prato decerptos decenter intexui/ & more pictorum parerga frequenter adieci. quibus laſſeſcens lector reficeretur: & ſane id genus additamenta. niſi amor inſtituti operis me fallit/ non minus languidum ingenium refouent q̃ ſtomachum nauſeantem ſub amara & ſubauſtera eſculentioribus obſoniis immixta reficiunt.

Pudẽtilla Vxor Apuleii.

Multiſci⁹ Apul.

Opera apuleii.

Floridi.

De Deo Socratis.

Dogmate. Platonis

Coſmographia.

aſinus aureus.

Opa Philippi beroaldi.

Parerga.

Scripto/ris.

## ¶ Scriptoris intentio atq; conſilium.

Conſiliũ. Spectãdũ

¶ In exponendis auctoribus id quoq; ſpectari queriq; ſolet: quæ fuerit ſcribentis intentio atq; conſilium: Ego Apuleium quidem noſtrum confirmo Lucianum græcum ſcriptorem argumento conſimili immitari. Verum ſub hoc trãſmutationis inuolucro/naturam mortalium & mores humanos quaſi tranſeunter deſignare uoluiſſe. ut admoneremur ex hominibus Aſinos fieri: quando uoluptatibus belluinis immerſi Aſinali ſtoliditate bruteſcimus/nec ulla rationis uirtutiſq; ſcintilla in nobis eluceſcit: ſic enim homo ut docet origenes in libris periarchon/fit equus & mullus/ſic tranſmutatur humanum corpus in corpora pecuina: Rurſus ex Aſino in hominem reformatio ſignificat calcatis uoluptatibus exutiſq; corpalibus deliciis rationẽ reſipiſcere: & hoĩem interiorẽ/qui uerus eſt homo ex ergaſtulo illo cenoſo/ad lucidum habitaculum/Virtute & religione ducibus remigraſſe: Ita ut dicere poſſimus iuuenes illicio uoluptatum poſſeſſos/in Aſinos tranſmutari/mox ſeneſcentes/oculo mentis uigente/matureſcentibuſq; uirtutibus exuta bruti effigie humanam reſumere. Scribit. n. Plato in ſympoſio ꝙ tunc mentis oculus acute incipit cernere cum primũ corporis oculus defloreſcit. Quin etiam proclus nobilis Platonicus monet multos eſſe in uita lupos multos porcos: plurimos alia quadam bruti ſpecie circunfuſos/Quod minime mirari nos oportet cum terrenus locus circes ipſius ſit diuerſorium: cum animæ aut unguentis delibutæ/aut pharmacis epotis inebriatæ transfigurentur in brutas animantes. Pharmaca autem ſunt obliuio error/inſcitia: Quibus anima conſopita bruteſcit. donec guſtatis roſis hoc eſt ſcientia quæ mentis illuſtratio eſt/cuiuſq; odor ſuauiſſimus/auide hauſta in humanam formam hoc eſt rationalem intelligentiam reuertatur exuto aſinali corio/ideſt depoſito inſcitiæ & rerum terrenarum craſſiore uelamento. & ſane reperiũtur animæ q̃ pauciſſimæ: quæ corporeis pedicis inuolute/& brutalibus uoluptatibus irretitæ. exiſtant ſobriæ puræ imperturbatæ nulla in Aſinum aliaſq; brutas animantes facta transfiguratione. Poteſt & metamorphoſeos cauſa referri ad multiiugos humanæ uitæ labores multiformeſq; uarietates: quibus homo pene quotidie tranſmutatur. illa uero eruditioribus principalis huiuſce tranſmutationis cauſa ualdeq; probabilis uideri poteſt. Vt uidelicet ſub hoc myſtico prætextu Apuleius noſter pythagoricæ platonicæq; philoſophiæ conſultiſſimus dogmata utriuſq; doctoris oſtenderet & ſub hac ludicra narratione palingeneſiam atq; metempſychoſim ideſt regenerationem tranſmutationemq; diſſimulanter aſſereret. Et ut ſimul quanta eloquentia latiali homo afer quanta elegantia/Quanta rerum uerborumq; copia præditus eſſet/euidenter edoceret: Cæterum cum iſtæ præfationes libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducant eiuſq; euidentiorem præſtent intellectum/ſingulis libris ypotheſim ſiue argumentum ſubiungam ſummatim breuiterq; cõſcriptum; ut quid in quoque uolumine contineatur/ſtatim lector intelligat.

Ex hoie. Aſinus quid.

Plato in ſympo/ſio.

Sentẽtia procli notabilis.

Palinge/neſia. Metem/pſichoſis

## ¶ Hypotheſis ſiue argumentum primi libri.

ταυτά/τα.

¶ Lucius Apuleius magiæ noſcendæ cupiens theſſaliam petit/ubi artes magicæ pollebant in itinere duobus uiatoribus ſe tertium comitem adiungit. narrantur intereundum mira quædam & incredunda de circulatore: De meroe & panthia Lamiis ac ſagis/mox acceſſus Lucii ad hypatam ciuitatem hoſpitiũque milonis & hoſpes ipſe deſcribitur. Fuit opinor operæ pretium hæc carptim degustaſſe ne illotis ut aiunt pedibus lector ingrederetur/& ut tirocinium ſcholaſticorum commodius inſtrueretur/libuit aliquantum euagari & quodam quaſi thema futuræ interpretationis anteloquio iſto præmittere/ſed iam tempus eſt/ut cum commẽtariis noſtris Apuleium curioſius inſpicias: quẽ in uita philoſophum in ſcriptis amatorem res ipſa demonſtrat & teſtatur auſonius.

AT ego ſermone. Luſurus Aſinum aureum exorditur ab epigrãmate iambico bimẽbri
quo fauſtinũ filium ſiue lectorẽ alloquẽs inſtar poetarũ ſummatim proponit quid ſit to/
to in opere ediſſertaturus. Docilitas aũt captatur:& attentio colligitur. AT particula. In/
terdũ inceptiua eſt: Ad ornatũ pertinens ut docet ſeruius in nono cõmẽtario. Ait dona/ At.
tus principium eſſe increpationi aptũ/ut Virgilius. At tibi pro ſcelere exclamat pro tali/
bus auſis: Conſimile illud oratianum. At o deoꝝ quicquid in celo regis.

AT ego tibi ſermone iſto mileſio uarias fabulas conſeram: aureſq; tuas beniuolas: lepido ſuſurro permulceam: modo ſi papyrum egyptiam: argucia nilotici calami inſcriptam: non ſpreueris iſpicere: figuras fortunaſq; hominum

SERmone mileſio.i.fabu
loſo lepido iocoſo/delicato/ludi
cro hoc eñi ſignificat ſermo mi/
leſius/a mileſiorum ioniæ popu
lis dictus: qui deliciis luxuq; no/
tabiles fuere quoꝝ eſt illud me/
moratiſſimũ: Nemo noſtrũ fru/
gi eſto. alioqui cũ aliis eiiciatur:
hinc mileſias priſci appellauerũt
poemata & fabulas laſciuientes
ſiue ut quidã putant mileſiæ dicuntur fabulæ aniles & uanidicæ/in quibus nec pes nec caput appa/ Mileſiæ
reat/nec inſtar apologorũ epimythion ullum morale continentes. Iulius capitolinus in Clodio al/ fabulæ.
bino ſic ait. Agri colendi peritiſſimus ita ut etiam Georgica conſcripſerit. mileſias nõnulli eiuſdem
eſſe dicunt: quarum fama non ignobilis habetur: quãuis mediocriter ſcriptæ ſint. Extat epiſtola ſeue
ri imperatoris ad ſenatum miſſa: in qua id quod ad hanc rem maxime pertinet ſcriptum legimus:
ſic enim ait: Maior fuit dolor quod illum pro litterato laudandum pleriq; duxiſtis: cum ille neniis
quibuſdam anilibus occupatus inter mileſias punicas Apuleii ſui: & ludicra litteraria cõſeneſceret:
ex his ſeueri uerbis apparet mileſias Apuleii ſignificari fabellas huiuſce Aſini aurei: quas ipſemet ſer
mone mileſio contextas & conditas eſſe ſignificat. Martianus quoq; capella in libro de nuptiis phi/
lologiæ: poeticæ inquit diuerſitatis delitias mileſias: Ariſtides poeta græcus compoſuit mileſias. hoc
eſt poema mileſiacon perquam impudicum: cuius rei Plutarchns & appianus meminerunt: quod Ariſtides
& Ouidius libro triſtium ſecundo aperte docet ſic ſcribens: iunxit Ariſtides mileſia carmina ſecum: ſcriptor.
pulſus Ariſtides. nec tamen urbe ſua eſt. Emaculandus eſt hoc loco maculoſus diui hieronymi co/ Mileſiaꝝ
dex. Vbi de mileſiis hiſce fit mentio: & in ſinceram lectionem reſtituendus: Namq; in libris contra Emacula
Ruffinum ſic paſſim legitur: quaſi non curatorum turba mileſiorum In ſcholis figmenta decantẽt. tus locus
Vbi non curatorum ſed cirratorum legendum eſt: hoc eſt comatulorum puerorum. Iuxta illud uul/ hierony/
gatiſſimum/ten cirratorum centum dictata fuiſſe pro nihilo pendas: præterea mileſiarum lego non mi.
mileſiorum: quoniam ut iam docuimus fœminino genere mileſias dicere maluerunt q̃ neutro mi
leſia: niſi quis tutari uelit mileſia neutraliter dici poſſe. ut georgica/argonautica. & alia conſimiliter.

LEPIdo ſuſurro. Eleganti quadam ſermocinatione: Cuius ſonus ueluti ſuſurrus blandus & ſua/
uis aures permulceat. Poteſt & ob hoc uideri uſus hac dictione ſuſurro/ut oſtendat hæc non eſſe in
uulganda neq; prophanis palam nuncianda/ſed clam apud aures religioſas promends: inſtar my/ Lepidus.
ſteriorum: quæ in ſanctuariis & ut græci dicunt απορρητοισ habentur. Lepidus dicitur qui politus Lepido/
eſt auctore dõato. ut λεπισ ideſt lamina Plinius lepidas uocari tradit ſquamas æris minutiſſimas. tes.
Vnde & lepidotes gemma dicta: quæ ſquamas piſcium imitatur. PAPYrum ægyptiam. Chartam Papyrũ.
papyraceam: eſt enim papyrum ſiue papyrus utroq; enim modo dicitur: frutex naſcens in paluſtri/
bus ægypti: aut quieſcẽtibus nili aquis. Vnde niliacas papyros appellauit epigrammatarius poeta:
brachiali craſſitudine/decem cubitorum longitudine. in gracilitatem faſtigiatur. ex libro papyri te/ Veſtis pa
xunt ueſtem & ſtragula. hinc illud ſatyrographi: ſuccinctus patria quondam criſpine papyro. ex hoc pyracea.
fiunt chartæ multiplices. Plinius in. xiii. quomodo fiant papyracee carthæ luculenter ut omnia ſo/
let/enarrat. a quo commendatur auguſta charta: cui principatus fuit in epiſtolis ob tenuitatẽ: Quæ
antiquitus appellata eſt hieratica/quaſi ſacrata religioſis tantum uoluminibus dicata: Emporetica Empore/
dicitur charta quaſi mercatoria inutilis in ſcribendo: ſed inuolucris uſum præbet in mercibus: inter tica char/
principales chartas fuere faniana/Liuiana/& prælata omnibus claudiana: in chartis ſpectantur te/ ta.
nuitas/denſitas/Candor/Leuor. Sacerdotes ægyptii calceos papyraceos geſtant: nec alia calciamen
ta eis induere fas eſt. Auctor herodotus. Chartis legatis papyrum ad chartas paratum non contine
tur. Vt docet Vlpianus uolumine. iii. delegatis. ARGVtia. lepore/& feſtiuitate/& ſalibus ægyptiis:
illi enim nequiſſimi molliſſimiq; fuerũt. ex quo eſt illud/Niliacis primum puer hic naſcatur in oris/
Nequicias tellus ſit dare nulla magis/idẽ alibi ſales niliacos memorat: ſcribit flauius uopiſcus ægy/ Alexan/
ptios eſſe uerſificatores epigrammatarios: & ad cantilenas publicas propenſos. Quintilianus deli/ drinæ de
tias alexãdrinas ut omnium molliſſimas nominatim taxat. NILOtici calami. Calamos ægyptios liciæ.
ad ſcribẽdum idoneos maxime probant: qui ut ait Plinius in. xvi. ſeruiunt chartis cognatione qua/ Calami
dam papyri: probatiores tamen gnidii exiſtimantur: Sagittis autem nullus aptior calamus eſt q̃ Bononiẽ
qui naſcitur in Rheno Bononienſi Amne: Cui plurima eſt medulla: De calamis niloticis ait epigrã ſes ad ſa/
matiſta: Dat chartis habiles calamos memphytica tellus: texantur reliqua tecta palude tibi. gittas.

IN ALIAS imagines conuerſus. An homines in alias imagines/ut luporum & Aſinorum uerti poſſint magna inter eruditos & ſubtilis queſtio eſt: Vulgo enim in tãtum infixa eſt fama hæc.ut in maledictis habeant uerſipelles. Ex quo eſt illud plautinũ/Verſipellem ſe ſe facit quãdo lubet: Plinius græcæ uanitatis hæc eſſe mendacia figmentaq; Aſſerit. Diuus quoq; Auguſtinus autumat hæc eſſe fabuloſa & demonum ludificationes. Quidam nomine præſtantius olim denarrauit patri ſuo contigiſſe ut Veneno magico in caſeo ſumpto fieret caballus annonã ꝑ inter alia iumenta militibus baiularet. IN SE rurſũ refectas.

Verſipellis in maledictis.

Veneno magico factus Caballus

ĩ alias imagĩes cõuerſas: & ĩ ſe rurſũ mutuo nexu refectas: ut mireris: exordior. Quis ille. paucis accipe. Hymetos Attica: & Iſthmos Ephiræa: & Tenaros ſptiaca glebæ fœlices: eternũ libris feliciorib⁹ creditæ: mea uet⁹ proſapia ẽ. Ibi iq̃ ĩ Atthide: primis puericiæ ſtipẽdiis

hoc ideo dicit: quia ex homine aſinus factus eſt: mox ex Aſino in priſtinũ hoiem reformatus refectuſq;. MVTVO nexu. Per quaſdam quaſi uiciſſitudines/ut ſcilicet uiciſſatim ex homine Aſinus/ex Aſino homo fieret mutua quadã cõuerſione eadẽ ſubſiſtente materia. Quis ille. extrinſecus ſubintelligendũ ſit. qui in alias imagines cõuerſus & in ſe rurſum refectus fuerit: ſignificatur aũt ipſemet Apuleius. HYMEtos Attica. Poſt anteloquium epigrãmatis ingreditur narrationẽ proſa oratione Docens ſe magis græco q̃ latiuo ſermone linguã excoluiſſe. Loca græciæ famigerata ꝑcenſet perinde ac ueterẽ proſapiã/tanq̃ natus ſit in aphrica ſed oriundus fuerit ex græcia. hymetus mõs eſt in attica Inclytus marmore & melle. L. craſſus orator colũnas habuit hymetias ſex duodenũ pedũ longitudine: Mel hymetium: quod & atticũ appellatur primatũ obtinet bonitatis: Vnde Plinius & Galenus mel atticũ cumprimis probãt in medicamentis. Strabo quoq; libro nono mel hymetiũ reliquis anteponens id ait eſſe probatiſſimũ quod acapniſtũ uocant quaſi nullo fumo infectũ. quo & apes & mella inficiũtur. Ideoq; ait Plinius noſter id mel ſeruari: qđ acapnon uocant quaſi dicas ſine fumo. Solinus de hymeto ſcribit hæc: hymeto meritiſſimo tribuit principatus: ꝙ apprime florulentus eximio mellis ſapore & externos oẽs & ſuos uincit. ISTHmos ephyræa. Anguſtiæ peloponeſſi inter duo maria egeũ & ionium cœrcitæ Iſthmos appellantur. ĩ medio Iſthmo corinthus eſt: quã Cicero totius græciæ lumen appellat. Antea ephyre dicta. ex quo poeta. æra dixit ephyrea intelligi uolens corinthia. Iſthmos ludis quinquennalibus & delubro neptuni inclytus perhibetur: quos ludos auctore ſolino ea propter inſtitutos ferunt: Quod maria quinq; allatrant oram peloponenſem. Pinea corona uictores apud Iſthmũ coronabantur. ut refert Plinius in. xv. Plutarchus tradit iſthmia a Theſeo primitus inſtituta fuiſſe In honorẽ neptuni Herculis emulatione: qui Ioui olympia primus inſtituit: alii iſthmia in honorẽ palæmonis inſtituta fuiſſe dicunt ut Archias poeta: cuius extat nobile epigrãma græcũ inclyta græcoꝝ certamina cõplexũ/Athenienſes ad ſpectaculũ iſthmioꝝ accedẽtes. ſedendo cæteris ſpectatoribus ꝓferebãtur: de iſthmo quẽ perfodere tentauerũt dictator Cæſar. C. Caligula: Nero. & demetrius ſcripſimus affatim in trãquilli cõmẽtariis. TENAros ſpartiaca. In laconia ꝓmõtoriũ eſt tenaros & oppidũ: ẽ & ſpiraculũ eodẽ noĩe ex quo deſcẽſus ad inferos patet: eſt in ipſo tenaro tẽplũ neptuno dicatũ: põponius mela. Et ſolinus auctores: dicit̃ ſpartiaca a ſpartha ciuitate: q̃ lacõiæ metropolis eſt. Cõdita a ſpartho filio phoronei. ut docet euſebius chronographus: unde ſparthani ſiue ſpartiatæ qui alio noĩe lacedæmõii celebratiſſimi: fuit aũt ſpartha priſcis tẽporibus ut græci dicũt πολισ αστειχιστοσ. i. ciuitas ſine muris tanq̃ uera urbis ſepimẽta eẽnt armati uiri nõ ſaxa cõſtructa: Vñ olim ĩterrogatus Ageſilaus. Quãobrẽ ſpartha eẽt ſine muris oſtendens ciues armatos dixit ταυτα εστιν λακεδαιμονιων τειχη quod latinę dicit̃. hi ſunt lacedæmoniorũ muri. Lacões & loq̃ẽdo & ſcribendo amatores fuerunt breuitatis prope peculiariter: Vnde & Laconiſmos breuiloquiũ ſignificat/de quo Cicero in epiſtolis lacõiſmo tuo non utar: & a ſymmacho itidẽ in epiſtolis dictũ eſt memini breuitatẽ ſparthanã quõdã laudi fuiſſe: annotanda hoc loco ẽ eloquutio Apuleiana. a quo genere fœminino iſthmos tẽaros & himetos enunciãtur. Cũ cæteri fere maſculino gñe uſurpauerint: ſed uidet̃. L. noſter nõ tã locos q̃ urbes ibidẽ cõditas ſignare uoluiſſe. GLEbæ fœlices. Senſus ẽ hæc loca ꝑdicta ubere glebæ & fecunditate ſegetũ fœlicia credunt̃: quoniã ita libris ſcriptorũ proditũ ẽ. Qui haud dubie fœliciores ſunt utpote ipſi æterni: & æternitatẽ donantes his de quibus ſermocinantur. Glebæ autem patrius ẽ caſus qui uulgo dicit̃ genitiuus: ſic enim loquimur latine & eleganter. fœlix animi. fœlix æui. Silius fœlix heu nemorum: & uitæ laudandus opacæ. PROſapia. Generis origo & familiæ dicta a proſerpendo. Alio nomine ꝓſapies nominatur. Dictio eſt uetus: & ut ait Quintilianus ab ultimis: & iam oblitteratis repetita temporibus. IN atthide. Athenas ſignificat/atthis enim eſt athica regio: cui cranai filia nomine atthis nomẽ dedit: Quod & iuſtinus refert: de qua Strabo libro geographie. ix. ſic refert. ab acteõe acticã dicunt/Atthidem uero & atticam ab atthide Cranai filia: a quo & inquilini Cranai uocantur: ipſa aũt ciuitas athenarum nomen ſortita eſt a dea Minerua. quam græci αφηρην hoc eſt athenam uocant:

Mel hymetium.

Acapniſtum.

Acapnon mel.

Iſthmos.

Iſthmia corona. pinea.

Spartha ſine muris.

Lacõiſmos.

Proſapia.

PVEritiæ ſtipendiis: Signat ſe prima græcarum litterarum elementa athenis didiciſſe: quæ ciuitas domicilium fuit & ueluti officina ingenuarum diſciplinarum.

MErui.

MErui.Militaui.militia autem puerorum militariaq; ſtipendia ſunt in gymnaſio litteratorio:mere
Merere militare.
re enim ſignificat militare:Varro.equo publico merent:& apud Suetonium in iulio Cæſare ſcriptū ē.
meruit & ſub ſeruilio iſaurico in cilicia:merere interdum pro mereri uſurpatur:ut apud Plautum:& ſi
aliter meres promereris:eſt etiam merere ſordidiſſimum quæſtum capere:hinc mercenarii & mere-
trices dicuntur:Aulus Gellius:Lais inquit Corinthia ob elegantiam uenuſtatemq; formæ grādem
pecuniam demerebat. IN urbe latia.Romam ſignificat.non ſolum latii ſed & cunctarum terrarum

merui.Mox ī urbe latia aduena: ſtudiorū q̄ritiū īdige
nā ſermonē erūnali labore: nullo magiſtro præeūte:
aggreſſus excolui. En ecce p̄famur ueniā: ſi q̄d exotici
ac forēſis ſermōis rudis locutor offendero.Iā hæc q̄dē

caput:quæ communis patria au-
ctore Seneca dici poteſt. STV
diorum quiritiū. Studia Romáe
linguæ ſeſe didiciſſe in ipſa urbe
Roma ſignificat: quirites autem
Romanos dici nemo eſt qui ne-
ſciat:idigenam ſermonem appel
Indigena ſermo romanorū.
lat uernaculum & peculiarē Ro-
manorū:qui ſermo latinus eſt: Latinitas enim ut īquit Diomedes grammaticus eſt īcorrupta loquē
di obſeruatio.ſecundū Romanā linguā:oēs antiquitus tā docti q̄ indocti:tā fœminæ q̄ uiri: tā pueri q̄
Latine omnes Loquebantur.
Senes apud Romanos latine loquebant̃:nec tamē grāmatice:Aliud enim eſt latine/aliud grāmatice
loqui.ut docet Quintilianus in p̄io:qui libro.xii.prodidit fuiſſe quoſdā:qui illā tantū eē naturalē pu-
tarent eloquentiā:quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima:qua cum amicis:coniugibus:ſeruis loq̄mur
nihil accerſiti elaboratiq; requirentes:itē.M.Tullius ait in bruto populū eloquentiæ & oratoris iudicē
eē:qui in tertio de oratore tradidit uulgū in uerſu uidere ſi peccatū eſt:& ſi quid in oratione claudicat
ſentire:Quod profecto facere nō poſſet inſcius latinitatis.itē nemo inquit unquā eſt oratorē quod la
tine loqueret̃:admiratus:ſi eſt aliter irrident:neq; eū oratorē tantūmodo ſed hominē nō putant: hoc
haud dubie nō diceret ſi latine loqui fuiſſet in paucis ſicut in præſentia eſt:idē refert mulieres conſer
uare facilius incorruptā antiquitatē:Quod multoꝝ ſermonis expertes ea tenent ſemper: quæ prima
didicerunt: Ex quo.L.Craſſus orator ſocrū ſuā leliā ſic audire ſe ſolitū teſtat̃: ut Plautū ſibi aut Neuiū
Incorrupta latinitas in fœminis.
audire uideret̃:quæ res euidentiſſime oēm dubitationē eliminat:ne dubitemus priſcos omnis latine
loqui ſolitos indiſcriminatim:Quod eo copioſus rettuli:quia ſuper hac re altercatio nō modica fuit
temporibus noſtris inter uiros eruditos:indigena autē ut ad propoſitū reuertamur opponit̃ aduenæ
& ſignificat inde genitū:nō alienigenā nō aduētitiū.ſed uernaculū ꝓpriū & quaſi peculiarē. ERVM
Indignea Erūnæ.
nali labore.Difficili.moleſto erumnæ enim labores oneroſos ſignificant:Maiores noſtri.ut auctor ē
.M.Tullius in ſecundo de finibus labores nō fugiendos erumnas nominauerunt: Vñ labores Her-
culis erumnæ dicitur:Plautus ī perſa ſuperauit erumnis ſuis erūnas Herculis. Auſonius prima Cleo
nei tolerata erumna laboris:idē.M.Tullius in quarta Tuſculana.erumna īquit eſt ægritudo laborio
ſa:erumnulas υποκοριστικωσ furculas appellauerunt:quibus reliquatas ſarcinas uiatores gerebāt:
quarum uſum quia.C.Marius rettulit muli mariani poſtea appellabantur.Operæ precium eſt hoc in
Erūnulæ
loco obiter Annotare ſuper mulis Marianis quædam digna cognitu nec indigna relatu. que apud
Frontinum legimus.Qui libro quarto ſtrategematicon ſcribit hæc.C.Marius recidendorum impe-
dimentorum gratia:quibus maxime exercitus agmen oneratur.uaſa & cibaria militum in faſciculos
aptata furcis impoſuit ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet: Vnde & in prouerbium tra-
ctum eſt:Muli mariani:Aliam huiuſce prouerbii cauſam refert Plutarchus in mario. qui id quoque
memorat ꝙ ſcilicet Marius imperator eadem ferebat obibatq; onera in re militari: quæcunq; militi-
Muli mariani.
bus imperabat:quare poſt hæc cum labores & iuſſa imperatoris milites libenter ſubirent muli ma-
riani uocabantur.uulgus hodieq; hinc ut opinor ducta origine caballos marianos appellat homīes:
qui pedibus ſuis ambulantes ſe in equo ſedere & uehi mentiuntur in ludicro ſpectaculo. NVLLO
Qui nobiles ſine p̄ceptore
magiſtro præeunte.ſine doctore inſinuat ſe didiciſſe perinde ac fuerit αυτοδιδακτοσ.ſic enim græ
co uocabulo dicitur:qui ſe ipſum magiſtrum habet.Talis fuit antiquitus manilius ſenator Romāus-
quem Plinius maximis nobilem doctrinis doctore nullo fuiſſe prodidit: Diuus quoq; Auguſtinus
libro confeſſionum quarto gloriatur perſemetipſum ſolum citra doctorem legiſſe libros artium libe
ralium & intellexiſſe:Ariſtotelica quoq; prædicamenta inquit quas appellant cathegorias ſolus legi
& intellexi:fuit & ſyllanion ſtatuarius nullo doctore nobilis. EXOtici ſermonis: Exoticum ſermo-
nem appellat romanam linguam ueluti alienigenam ac inſitiam ſibiq; merito peregrinam cum ip-
ſe natione affer atticiſſare didiciſſet:& in patria ſtridulam barbariam puerilibus labris deguſtaſſet ex
oticus enim ſignificat peregrinum & externum: Vocabulo quidem græco ſed apud latinos uſitatiſ
ſimo:hinc apud Plinium & plautum unguenta exotica apud gellium uinum exoticum pro alieni-
Exoticus
gena & peregrino. FOrenſis. Vel romani: quo oratores utuntur in foro: Vnde & forenſis eloquē-
tia & forenſes apud ſidonium tabulæ & forenſes apud Ciceronem litteræ quibus utimur in foro.ut
externi ab hoc aduerbio foris deriuatur.omnino romanus ſermo ſignificatur:apud Liuium foren-
Forenſis. ſermo.
ſis factio & turba accipitur pro humili ſordida in ſincera quam fabius excretam ab integro populo in
quattuor tribus conuertit urbanaſq; eas apapellauit.

ipa uocis imutatio: deſultoriæ ſciētiæ ſtilo: quē acceſſim9: rn̄det. Fabulā græcanicā icipim9. lector itēde: lætaberis. Theſſaliā: nā & illic origīs mr̄næ nr̄æ fūdamēta a plutarcho illo iclyto: ac mox Sexto philoſopho nepote ei9 prodita: gloriā nobis faciūt: eā theſſaliā ex negotio petebā. Poſtq̄ ardua mōtiū: & lubrica uallium:

IPSA immutatio: Tanquam nunc primum latine cœperit ſcriptitare. cum prius eloquio græco uteretur. hinc in deo ſocratis ait ſatis oratio noſtra atticiſſauerit.

De ſultoria ſcientia.

DE ſultorie ſcientiæ: Decenti quadam tranſlatione deſultoriam ſcientiam appellat Ludicram uoluptariamq; ueluti deſilientem a ſtudio priſtino ſeueriore: ſicuti deſultorii equi uocantur ex quibus homines agilitate corporis præditi repente deſiliebant:

Deſultorii equi.

De quibus lege quæ annotauimus in primo Suetonii cōmētario. illud enarrātes: equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes. Relege illa quoq;: q̄ ſcripſimus in quarto propertii cōmentario ſuper eo uerſu. traiicit alterno qui leue pōdus equo: ubi docuimus deſultorem deſignari qui equos deſultorios alit & exercet: illa tranſili perniciq; ſaltatiōe. Marcianus quoq; eadē pene trāſlatione uſus qua & Apuleius decenter inquit leuitate pernix deſultoria geſtiebat: illđ adde quod a caſſiodoro tradit' equos deſultorios repertos eē p quos circenſiū miniſtri miſſos denunciāt exituros: erit ergo hic ſenſus. ut deſultores ex equo in equū ſic ego ex græca lingua & ſcientia in romanā deſilio: pōt & dici conducenter ſciētia deſultoria hiſtoria de aſino in qua ex homine in aſinū deſilit & uertit' uidelicet in mores belluinos propenſior: mox ab aſino in hominē reformat': cū relictis uoluptatū pedicis duce ratione emergit in uiā uirtutis: & hominē ſe ſc ueꝝ præſtat. Verus autē homo eſt aius: apud ſcriptores qui transfigurant' in belluas ad hunc intellectū referri poſſunt.

Prouerbium. ab aſino. Cadere.

prouerbiū illud ab aſino cadere: Quod quidā huic loco agglutinare contendunt: mihi haud quaq̄ cōuenire uidet'. cuius meminit ariſtophanes in nubibus & rettulit plato in gryllo: qui & in tertio de legibus ſic tradit. cur hæc nobis dicta ſunt repetendū uidetur. ut oratio quaſi equus retrahat': ne ſi os effrenatū habeat dicendi concita impetu: ab aſino ut prouerbio ferunt excutiat'.

FAbulā græcanicā. Ideo græcanicā appellat quia ad exemplar Luciani græci ſcriptoris condita ē. ex quo aſinū aureū pene tranſcribit uel quia in theſſalia regione græca hæc res geſta eſt. differt autē græcāicus a græco: nā ut docet. M. Varro libro ſexto de analogia græcanica aduenticia ſunt de græcis ueluti notha ut Hectores: Neſtores: Hectoras. & ita hæc fabula ex græco Luciano deducta deriuataq; eſt.

Græcanicus.

THEſſaliā. Fabulā Aſini aurei auſpicat' ab eo principio a quo exortus eſt Lucianus: cuius initiū eſt hoc. απηειν ποτε εσ θετταλιαν ideſt olim in theſſaliā proficiſcebar. Theſſalia autem priſco ſæculo pyrrhea & pyrrha deucalionis uxore denominabat'. mox hemonia ab hemone a cuius filio theſſalo theſſalia uocata eſt. homerus argopelaſgicon appellat.

Theſſalia argopelaſgicon.

NAM & illic. Hoc per interpoſitionem: quæ græco uocabulo parentheſis: dictum eſt.

Plutarchus cheronenſis

ORIginis maternæ: Annotauimus in uita Apuleii matrem eius ſaluiam a plutarchi familia prognatam: fuit autem plutarchus cheronenſis: quæ ciuitas eſt Boetiæ: quod & ipſe teſtatur in ſylla ſcribens patriam ſuam cheroneam ab archelai impetu incolumen euaſiſſe prouidentia ſyllæ: qui eo in loco uictoriam ex hoſtibus uictis adeptus ē: idem in lucullo. ait cheronenſes municipes ſuos luculli teſtimonio euaſiſſe periculum: quod orchomenii per calumnias intentabant. ex quo ſtatuam Lapideam in foro cheroneæ publica impenſa lucullo dicauerunt: & ob id beneficium non ſolum confitetur ſed etiam palam profitetur ſe plurimam gratiam debere Romano lucullo: idem ī demoſthene refert quemadmodum apud cheroneam patriam ſuā Philippus macedoniæ rex prælio magno athenienſes uicit: finiſq; libertati græcorum impoſitus eſt. ex quo prælio demoſthenes qui alios ad pugnam animare ſolebat ſalutem fuga quæſiuit cūq; id ei q fugerat probroſe obiiceretur uerſu illo notiſſimo eluſit ανηρ inquit ο φευγων και παλιν μαχεσεται ideſt uir fugiens & denuo pugnabit:

Scitum demoſthenis.

floruit autē plutarchus ſub Traiano & Hadriano imperatoribus: Traiano libros apophthegmaton dedicat uir haud dubie primæ notæ inter eruditos: & multiiuga eruditione mirabilis. fecundus ſane ſcriptor. & qui iure polygraphotatos nominari poſſit a copia uoluminum: Vnde nunc non immerito gloriatur Apuleius maternam originem a plutarcho deriuatam ſibi gloriam parere.

Polygraphotatoſ plutarchus.

SEXto philoſopho. Hic ſextus philoſophus doctor fuit marci antonini imperatoris de quo iulius capitolinus: audiuit & ſextum philoſophum cheronenſē plutarchi nepotem. & ab euſebio in chronicis ſcriptum eſt plutarchus cherōeus & ſextus philoſophi inſignes habentur adriani principatu.

Sextus phs.

EX negocio petebam. Imitatus eſt Lucianum qui ait ſe theſſaliam petiiſſe ob negocium quodam paternum cum homine theſſalico.

Cōpar.

POSTquam ardua montium: Exornatio rethorica eſt: quæ compar appellatur. & altera ſimiliter cadens. in his autem figuris feliciſſime audax eſt noſter Apuleius: & q̈uis affectatiōe nihil odioſius ſit: tamen talis affectatio ī hoc pene peculiariter eſt amabilis imitabiliſq; ardua āt montiū dixit: arduos montes intelligi uolens: ſicuti per lubrica uallium lubricas ualles. & roſcida ceſpitum roſcidos ceſpites: & gleboſa camporum. gleboſos campos: ſic Virgilius urbē pataui circūlocutōe uſus pro patauio: fontē timaui. pro ipſo timauo dixit.

Lubricuſ

LVbrica uallium. Lubricus locus dicitur in quo facile labimur: lubrica res: q̄ labilis eſt & e manu elabitur Vixq; cōtineri poteſt ob leuorē. a Virgilio lubricus anguis. & loca lubrica dicuntur.

ROſcida ceſpitum:Roſcidus ſignificat rorulentum & rore conſperſum:a Virgilio Luna roſcida eleganter ſcienterq; dicta eſt ueluti roris humoriſq; parens fecundiſſima: ex quo ſydus lunæ femineũ ac molle nominatur ab eruditis:quæ nocturnum ſoluit humorem:& ut ait plinius cuncta humifico ſpiritu laxat.Rores exiſtunt neq; gelu/neq; ardoribus/neq; uentis/nec niſi ſerena nocte. in confeſſo eſt roſcidas eſtate aphricæ noctes eſſe:ſcribit ariſtoteles in primo meteororum Rorem fieri ex uapo ratione modica cum pluuia ex largo uapore progeneretur:Apuleius in libro de mundo. ros inquit nocturnus humor eſt.quem ſereni tatis tenuitas ſpargit.græce. δροσοσ dicitur ros & δροσερ/οσ roſcidus:ceſpes autem terra ẽ cum herbarum radicibus circun/ciſa feramentis ex ceſpitibus ca/ſtra circundanť:& aggeres caſtrẽ ſes fiunt.ut docet Vegetius in ter tio de re militari:hinc illud plinia num ex libro.xxxy.ceſpitũ natu/ra caſtrorum uallis accõmodata/contra fluminum impetus agge/ribus.ex ceſpite fiũt aræ dictæ ob id ceſpiticiæ:Iulius capitolinus centum aræ uno in loco ceſpiticiæ extruuntur:& ad eas centum ſues centum oues/mactantur. GLEboſa:Glebis grandibus plena & extantia:columella id genus glebas appellat ſcanna:de quibus plinius in.xyiii.ſcanna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur:glebæ ne exultent:græce βωλαξ καὶ βωλοσ nominatur.inde ab homero.phthia ερυβωλαξ dicta ab ubere glebæ.Emerſi:difficulter ſe ſuperaſſe aſpredines locorum ſignificat. INdigena.Theſſalico quaſi inde genito.Nec aliunde aſcito:uel indigenam appellat equum patrium:ueluti uernaculum & domeſti/cum. FAtigationem ſedentariam:Eleganter ſedentaria fatigatio dicitur illa:qua ſedentes in equo ex diutina equitatione uexamur.columella in.xiii.ſcribit operam uillicæ non eſſe ſedentariam intel ligi uolens nõ ẽe deſidioſam:& ignauã:ut ſedens opereť:a plinio quoq; panegyriſta decenter dicitur ſedentaria ſenatus aſſentiẽdi neceſſitas: qui ſedens aſſentiri cogebatur principi truculento:Quinetiam ſedentarias artes & ſellularias eruditi appellãt quæ a ſedentibus per ocioſitatẽ exercenť:quas numæ lex a peregrinis & ſeruis tantũ exerceri ſanxit ciuibus inter dictas.tãq̃ his animi uigor & corpo/ris pariter elangueſcat:plautus in aulularia ſedẽtarios nominat qua dictione ſignare illos uideť: qui ſedes fabricãt & ſellas. FRONtẽ extrico.Numeroſa oratione & ſimiliter deſinẽte indicat ſe oĩa illa fa ctitaſſe:q̃ fieri ſolent ab equitariis ſiue equiſionibus erga equos labore exhauſtos:& ſudore difluen/tes.ut.ſ.frontẽ extricaret.aures remulceret:frenos detraheret.fronte ãt maxĩe ſudãt aĩalia & potiſſimũ homines propterea qd caput humidũ laxũq; eſt.cerebro ãt humectiſſimo frons prima ſubdita ẽ ari/ſtoteles auctor in ſecundo problematũ.frontẽ a foratu oculorũ nominatã Varro exiſtimauit:& credi dit Lactantius in libro de opificio/a fronte dicti frontones qd cognomentũ eſt nobilium romanoꝝ hinc ait Cicero in primo de natura deoꝝ.Silos & Flaccos/frontones:capitões:quæ ſunt in nobis.Si li ut hoc quoq; in tranſcurſu declaremus dicti ſunt:quoꝝ naſus ſurſum uerſus eſt repãdus: Vnde ga leæ quoq; a ſimilitudine ſilæ appellãť:Flacci uero nominati:quoꝝ aures demiſſe erãt pendulæ & lan guidæ ac flacceſcentes:ab hiis.n.ut ait plinius ſunt flaccoꝝ cognomina. SENſim proueho. Nõ po tuit ſignificãtius exprimere id qd quotidie uſurpari uidemus in equis ex curſura diſſudantibus & laſ ſitudine defectis.qui.ſ.gradu lentiſſimo dorſualibus operti ſenſim prouehunť:ne ex refrigeratõe pe riclitenť. ALui præſidiũ.Excrementa ſignat:& urinã quo naturæ præſidio maxĩe equi fatigati recre/anť. ELIquaret:Emitteret/redderet/& ueluti liquidiora ſtercora fiſtulatim excuteret:q̃ ab antiquis foria dicebanť/Vnde foriolus dictus:qui foria facile emittat ſolutioris.ſ. uẽtris. IENtaculũ ambula toriũ:Ientaculũ auctore fulgentio placiade diciť guſtatio:& eſt quaſi præguſtatiua comeſtio:eſt enim cibus matutinus.quaſi ieiuna anima ſumptus.& ientare uetus uerbum eſt quod ſignificat ientacu/lum carpere:afranius hæc ieiuna ientauit:Vitellius imperator epulas quadrifariam diſpartiebat. au ctore tranquillo in ientacula/prandia/cenas/& comeſſationes.græci ientaculum. ακρατισμον Vo cant:καὶ ακρατισμα.Hinc ariſtoteles libro de animalibus nono ſcribit aquilam non operari: Sed quieſcere. μεχρι ακρατισματοσ hoc eſt uſque ad horam ientaculi.in quibuſdam codicibus ariſto telicis legitur. μεχρι αγορασ quod plinius ariſtotelis interpres emunctus ita tranſtulit.donec im/pleantur hominum conuentu fora ignauæ ſedent.antiqui prandium ſiue prandiolum uocauere. ientaculum quaſi paruum prandium.quod.M.Tullius eleganti uocabulo prãduſculum dixit/& ita legas in ſincerioribus codicibus epiſtolarum ad atticum. nunc oppido quam eleganter ab apuleio dicitur ientaculum ambulatorium:Quod ſenſim ambulando carpit equus ĩ prato:ambulatoria ho/minis uoluntas uſq; ad mortem eſt:ut tradunt iuriſconſulti.hoc eſt mobilis/uaria/mutabilis.por ticus quoq; ambulatoria dicitur:quæ ambulationis cauſa extructa eſt.

& roſcida ceſpitum:& gleboſa cãpoꝝ emerſi:me equo indigena pˀ albo uehẽs:iã eo quoq; admodum feſſo:ut etiam fatigationẽ ſedentariã:inceſſus uegetatione diſ/cuterẽ:in pedes deſilio. equi ſudorem:& frontẽ curioſe extrico.aures remulceo. frenos detraho. ĩ gradũ le/nẽ ſenſim proueho:quo ad laſſitudis in cõmodũ: alui ſolitũ ac naturale præſidiũ eliquaret: Ac dũ is ientaculum ambulatoriũ: prataq; p̄terit: ore in latus detorto

Roſciduſ

Ros ex uaporatione.

Ceſpes.

Aræ ce/ſpitiæ.

Scanna.

Erybolax

Sedentaria ſatigatio.

Sellula/riæ artes.

Sedẽtarii

Sudor ex fronte.

Frontones

Sili qui

Flacci.

Foria.

Foriolus

Ientacu/lum.

Ientare.

PROnus allectat: Solent equi os in latus detorquentes delectare & quaſi demulcere/ Allectat enim ſignificat illicit & delectat. TERtium me facio: Id eſt cupulo/adiungo me tertium comitem duobus comitibus progredientibus. ALter: Ex duobus ſcilicet comitibus. CAchinno: Riſu ſoluto: qui reprehenſibilis eſt. hic ait Seneca. ſit riſus ſine Cachinno: præterea Cachinnus non riſum tantum: ſed ſonum quoq; uehementiorem ſignificat/ ſicut apud catullum ita ſcribentem: procedunt leuiterq; ſonant plangore cachinni. cachinnare etiam non de riſu tantum/ ſed & de ſonitu ſtrepituq; maiore uetuſtas dici uoluit. hinc illud Accianum: ſæua ſonando crepitu clangentes Cachinant. Eſt autem cachinnus uerbum ſecũdum. ονοματοποιαν fictum a ſono riſus.

Cachinnus.

pronus adlectat: duobꝰ comitũ: q forte paululũ proceſſerãt: tertiũ me facio. & dũ auſculto: qd ſmõis agitaretur? Alter exorto cacgino: Parce iqt i uerba iſta: hæc tã obſurda tãq; ĩmãia mẽtiẽdo. Iſto accepto: ſitior alioqn nouitatis: imo uero iq ĩpartite ſermonẽ: nõ qdẽ curio ſũ: ſed q uelĩ ſcire uel cũcta: uel certe pluria. ſimul iugi qd inſurgimus aſperitudinẽ: fabularũ lepida iucunditas leuigabit. At ille qui cœpat. næ ĩquit iſtud mẽdacium tam uerum eſt: q̃ ſi qui uelit dicere: magico ſuſurramĩe amnes agiles reuerti. mare pigrũ colligari.

IN uerba iſta: Sub intelligendũ eſt alterum ex duobus comitibuſ denarrauiſſe intereũdũ multa de ui & potentia magices incredibilia. ita ut alter ſurdis auribus diceret ſuperſedendum eſſe talibꝰ uerbis: quæ mera mendacia & ĩmania portenta reſonarent. ISTO accepto: Cum hoc audiuiſſem.

SItitor nouitatis: Cupitor rerũ nouarum/ nam ut inquit Ouidius: eſt quoq; cunctarum nouitas gratiſſima rerum: & ut auctor eſt Seneca in declamationibus ad noua homines concurrunt/ ad noua cõueniunt. idem ſcribit libro quæſtionum naturalium nouiſſimo. Quod naturale eſt magis noua q̃ magna mirari. Qui ſidere capræ oriente naſcentur erunt curioſi omnium rerum/ ut ſemper noua quæq; curioſa deſiderii cupiditate ſectentur: auctor iulius firmicus in. vii. matheſeos. NON quidẽ curio ſum: In libro annotationum noſtraꝶ hic locus copioſe ſatis opinor explicatus eſt: exquo poteris ſiquid amplius deſideraueris mutuari. Vbi docuimus curionẽ pro miniſtro atq; præcone uſurpari: in quo ſignificatu. Plinius/ iulius capitolinus: martialis: euſebius. itidẽq; Apuleius uſurpant: Apud Plautũ/ agnus curio ſignificat macilentus: quaſi nimia cura gracilis & emaciatus: ſicuti econtrario incurioſũ agnũ dixit Apuleius in floridis intelligi uolens opimũ. & ſuculẽtũ. uidet ãt curio hoc in loco a cura feſtiuiter deduci quaſi curioſus: q curat & ſatagit noſſe curioſe res nouas. eſt itaq; ſenſus/ nõ ſũ ego qdẽ curioſus: cũ curioſitas ſit ſignũ loquacitatis. & nemo curioſus ſit q nõ ſit maleuolus uerũtamẽ cupio noſſe plurima: atq ipſe tamẽ toto opere teſtat ſe genuina curioſitate præditũ fuiſſe. & inatura ut inqt Seneca nobis curioſũ dedit ingeniũ curioſitatẽ ut noxiã taxat fulgentius mythologus his uerbis. curioſitas ſemper periculorũ germana detrimenta ſuis amatoribus nouit parturire q̃ gaudia. IVgi: Collis & loci editioris. INſurgimꝰ: aſcendimus. LEuigauit: Hæc duo opponũt ueluti per antithetõ aſperitudo & leuigatio. eſt. n. leuigare læuore quodã expolire qd aſperũ eſt. in itinere ãt comes facũdus ut dicere ſolebat publiꝰ mimographus pro uehiculo eſt. unde fit ut aſperitas uiæ ſermocinatione comitis iucũda leuiget. NAE. certe græcũ eſt aduerbiũ latinis quoq; uſitatiſſimũ quo plautus/ Terentius. M. Tullius cæteri frequẽter utũt

Curioſi ſub Sidere Capræ.
Curio q.
Incurioſus agnꝰ.

ISTVD mendaciũ. Quod ſcilicet dixiſſe uidebat ille aſſertor magicæ factiõis. q q̃dã incredenda ad comitẽ narrauerat: inter mentiri ãt & mendaciũ dicere diſtat. q. n. mentit ipſe nõ fallit. ſed alteꝶ fallere conat. q mendaciũ dicit ipſe fallit. auctor. Pu. Nigidius: q hoc quoq; addit uir bonus inqt præſtare debet ne mentiat. prudens ne mendaciũ dicat Diuus auguſtinus in libro de mendacio colligit octo genera eẽ mendaciorũ: qbus abſtinendũ eẽ in totũ præcipit. Vbi indiſcriminati mentiri & mendaciũ dicere uſurpant. Quod & in decretis canonicis. xxii. q. ii. repetitũ eſt. nati ſub ſidere ingeniculi erũt mẽdaces. fugaces callidi. SVſurramine: Incantamẽto: qd clã & uoce ſũmiſſa ne prophani percipiant fieri ſolet. magia enim ut idẽ Apuleius aſſerit in apologia occulta res eſt plerũq; noctibus uigilata & tenebris obſtruſa. & arbitris ſolitaria: & carminibus murmurata cui pauciſſimi adhibeant. libro quarto inſtitutionũ Suſurros magicos dici legimus incantamenta magorũ & q̃ a Lucio noſtro Suſurramina nominãt. AMnes reuerti: Perſuaſũ eſt ui magici cãtaminis cũcta q̃ naturaliter ĩpoſſibilia ſũt/ fieri poſſe/ flumina ad fontes reuocari/ mare glaciari. uẽtos trãqllari: deniq; oĩa. q hic memorat Apuleius poſſe cõfici. cui ſniæ aſtipulat polypharmaca: hoc ẽ triuenefica illa meda: q ſic ait apd Ouidiũ cũ uolui ripis miratibus amnes in fontes redire ſuos: cõcuſſaq; ſiſto Stãtia cõcutio cãtu freta: nubila pello. nubilaq; ĩduco: uẽtos abigoq; uocoq;. Te quoq; lũa traho: illud quoq; marõianũ ex eneidos quarto huc ptinet. Siſtere aquã fluuiis & uertere flumina retro. MAre colligari: Id eſt cõgelaſcere cõtra naturã ſuã. mare. n. oẽ icõgelabile ẽ ſicut philoſophi autumãt: & memorat gellius in. xvi. noctiũ atticarũ: tãetſi Herodotus græce hiſtoriæ ſcriptor ſcribit ĩ quarto hiſtoriaꝶ mare ſciticũ cõgelaſce. Vnde a iuuenale dictus oceanus glacialis. auctor eſt plinius ſeptẽtrionalẽ oceanũ marimaruſã. a cymbris uocari hoc ẽ mortuũ mare. Hecatheus amalchiũ appellat: quod nomẽ lingua ſcythica ſignificat congelatum.

Næ.
Mentiri.
Mendacium.
Dicere.
Siſtere aquam fluuiis.
Mare icõgelabile.
Mortuũ. mare.

VENtos inanimes expirare:Id eſt uentos eſſe ſine ſpiritu:quod impoſſibile eſt.uentus enim nomẽ uenti perderet cum eſſet inanimis id eſt ſine anima & ſpiritus agitatione. a græcis dicitur αρξμοσ. unde animus.& anima deducuntur.ex quo animæ interdum per uentis uſurpantur.Oratius ĩpellũt animæ linthea thraciæ.Virgilius.Quantum ignes animæq; ualent. eſt autem uentus fluens aer:& agitatus ut Hippocrates in libro de flatibus Ariſtoteles.Seneca.& cæteri phiaꝶ phyſicarum conditores prodiderunt.Nihil autem eſt in rerum natura potentius ſpiritu.ignẽ ſpiritus cõcitat:Aquæ uẽtũ detrahas inertes ſunt.põt ſpiritus diſſipare ſpacia terraꝶ.& nouos montes extolere:qui eſt cauſa tremoris terræ:unde epicuro nullus motus placet ꝑter ſpiritũ qui poſſit tanta conari.

Animæ. pro uẽtis

uẽtos inanimes expirare. ſolẽ ĩhiberi. Lunã deſpũari. ſtellas euelli.diẽ tolli.noctẽ teneri. Tũc ego ĩ uerba fidẽtior;heus tu inq̃:q ſermonẽ ieceras priorẽ:ne pigeat te:uel tedeat reliq̃ ꝑtexere.Et ad aliũ.Tu uero craſſis auribus:& obſtĩato corde:reſpuis:q̃ forſitã uere ꝑhibeantur.Minus hercule calles prauiſſimis opinionibus ea putari mẽdacia:qua uel auditu noua:uel uiſu rudia.uel certe ſupra captũ cogitatiõis ardua uidẽtur:quæ ſi paulo accuratius exploraris:nõ mõ cõptu euidẽtia:uerũ etiam ſactu facilia ſenties. Ego deniq; uerſpera dum

EXpirare: Spiritum exhalaꝛ & mori:ſicut animãtia expirant ſpiritu emiſſo deficientia:ſine quo nihil uitale ẽ. SOlem inhiberi: Sol qui eſt mundi oculus.& cor celi:& iucũditas diei & celi pulchritudo:Naturæ gratia ut inquit Ambroſius ĩ quarto hexameri:qui ut aſſerit plinius naturæ regimen ac numen eſt ſiderũ ipſorum celiq; rector. creditur potentia magici carminis poſſe inhiberi quominus curſũ ſuũ ſtatum & nũquam erraticum circũagat.hinc Lucanus cecinit in.yi.pharſaliæ.ceſſauere uices rerum dilataq; mundi heſit nocte dies.priſca illa rudis & indocta mortalitas in deliquio ſolis ac lunæ ſtellarumq; defectibus.ſcelera aut mortem aliq̃ ſiderum pauebant.

Sol mũdi oculus

LVnam diſpumari:Carminibus præſtigiiſq; magnorum lunã celo deduci poſſe creditum eſt:ex qua credulitate.eſt illud notiſſimum.carmina uel celo poſſunt deducere lunã:credebant quoq; lunam cantu magico depreſſam cogi.ut deſpumaret in herbas ſuppoſitas.& lunare uirus infunderet:quibus mox ad magicen utebãtur.Quod & idem Lucanus inſinuat.cum ſic ait ĩ ſexto de luna loquens.& patitur tantos cantu depreſſa labores:Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas.item alibi& uirus large lunare miniſtrat:mortalitas ignara cauſarum naturalium in lunæ defectu ueneficia arguebat.& ob id crepitu diſſono auxiliabatur.Auctor plinius in ſecundo.& Liuius.xxyi.diſpoſita inquit in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu qualis in defectu lunæ ſilenti nocte fieri ſolet edidit clamorem:hinc illud ſatyrici poetæ una laboranti poterit ſuccurrere lunæ.igitur luna deſpumatur quando ſpumã depurgatur:quam cogitur infundere ĩ herbas ſubiectas a magis.itidem mel deſpumatum dicitur quando ſpuma detracta purum liquidum defecatum relinquitur.& ut ait plinius in.xxii.uſus deſpumati mellis ſuper aptior eſt.

Lunam deſpumare in herbas.

STELlas euelli: Marcianus capella in libro de Aſtrologia ſtellas a ſtando.ſidera & conſidendo dicta fuiſſe cõmemorat:cum itaq; ſtellæ cælo affixe ſint cantamine magico reuelli poſſe putantur.interdum ſtellas ex cælo labi & uolitare conſpicimus.ex quo illud Maronianum:ſtellas uento impendente uidebis præcipites cælo labi:plinius in.xyiii.diſcurrere inquit ſtellæ uidentur interdum uẽtiq; protinus ſequunt̃.in quarum parte ita præſagauere.inibi ex interuallo:ſi uolitare inquit plures ſtellæ uidebuntur:quo feruntur albeſcentes uentos ex his partibus nunciant:uulgus exiſtimat aliquem extingui cum ſtella decidua:uerum ut inquit ueriſſime idem plinius non tanta cælo ſocietas nobiſcum eſt.Vt noſtro fato mortalis ſit ille quoq; ſiderum fulgor:uerum cum decidere uidentur id fit nimio alimẽto tracti humoris ſicuti luminibus accenſis id ex liquore olei notamus accidere græci aporrhoeas uocant defluxus quoſdam ærios:qui ad terram labentes ſtellarum caſus imitantur.

Stellæ Sidera.

Cur ſtellæ cadere uideant̃.

DIem tolli:Tanquam arte magica poſſit dies mutato.canonico curſu interpellari:& nox congeminari iuxta illud Lucani.ceſſauere uices rerũ dilataq; longa heſit nocte dies.legi non paruit ether. ET ad alium.Conuerſus ſcilicet ad illum:qui exorto cathino dixerat ſuper ſedendum eſſe talibus uerbis:tanquam abſurdis & incredibilibus. MInus hercule calles:Senſus eſt profecto neſcis multa quæ uera ſunt ideo exiſtimari mendacia.ob deprauatam hominum opinionem:quia ſunt noua:& ſupra uires noſtras ſublimata.in hanc ſententiam ait Saluſtius in Catilina:quæ ſibi quiſq; facilia factu putat.Aequo animo accipit ſupra ea ueluti ficta pro falſis ducit. VEſpera:Hora ueſpertina:& ut ait Sidõius:Crepuſculaſcẽte: Dies ciuilis:qui a media nocte incipit ita diuiditur:primum tempus dicitur mediæ noctis inclinatio deinde Callicinium:inde conticinium.Cum & galli conticeſcunt:& homines etiam tunc quieſcũt: Cuius meminit Plinius in aſinaria cum ait:uidebitur factum uolo redito conticinio:Deinde eſt diluculum:id autem eſt cum incipit dignoſci dies:inde mane dum dies clarus. Legibus.xii.tabularum ortus tantum & occaſus nominabatur. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies.Nouiſſimum diei tempus ſuprema tempeſtas nominatur.hinc illud.xii.tabul.ſolis occaſus

Diuiſio diei. Gallicinium. Cõticinium. Dilucul

Supre ſuprema tēpeſtas eſto:q̃uis plurimi ex his uerbis ſupremā tēpeſtatē poſt occaſū ſolis eē exiſtimauerit:
ma tem- poſt ſupremā dicit uespera a ſtella quā græci heſperā plautus ueſperuginē:Ennius ueſpeꝝ martialis
peſtas phoſphoꝝ:Virgili⁹ heſperō appellāt:inde crepuſculū a crepero qd dubiū ſignificat dictū:tāq̄ lux dubia
Veſpera. id horæ ſit:incertūq; exiſtat id tēpus noctis ne ſit an diei:inde crepuſci nominati a Sabinis: qui eo tē-
Veſperu- pore erāt nati:& a Lucrecio dictū eſt crepeꝝ bellū:cuius anceps & dubius eſt euētus: oracula quoque
go. crepera uocitarunt quaſi ancipitia/ambaſioſa/dubioſa/hinc ſenes decrepitos dici quidā autumāt:qua
Crepu- ſi dubiæ ſint uitæ:poſt crepuſculū
ſculum id ſequit tēpus:qd a luminibus ac
Crepuſci cenſis prima fax dicit: Deinde cō

pollentæ caſeatæ modico ſecurius offulā grādiorem

Prima cubia ſiue concubiū ꝙ fere oēs tunc curarēt:alii ab eo qd ſiliret/id tēpus ſilentiū noctis appellauerunt
fax. ſicut liuius.Nouiſſimo loco intēpeſta nox dicta ex eo quod nō habet idoneū tēpus rebus gerendis:
Concu- Et eo tēpore nil agi tēpeſtiuū eſt:Caſſius:nocte intēpeſta noſtrā deuenit domū: hæc eſt diei ciuilis a
bium. Romanis obſeruata diuiſio quā pluribus uerbis explicaui.propterea ꝙ hæc enarratio eſt futura con
ducibilis ſtudioſis antiqnaꝝ lectionū:auctores.M.Varro Macrobius:Plinius.Cenſorinus.cæteri.

Polenta. POlentæ caſeatæ:Polenta cuius meminit plautus in aſinaria/cibus fuit antiquitus græciæ peculia
ris.& ut ait plinius in.xyiii.uidet polenta tā ignota italiæ fuiſſe:q̃ puls græciæ.pluribus fit hæc modis
græci perfuſum aqua ordeū ſiccant nocte una ac poſtero die frigunt.deinde molis frangunt:nec ali-
unde laudatior q̃ ex hordeo conficit:uicenis autē libris ternas ſeminis lini & coriādri ſelibras miſcēt:
Ouidius neutro genere polenta dixit illo uerſu:dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.placen-
tam Apuleius caſeatam uocat:uoluti caſeo indito ſubactā:ſicut libū & placentā fieri docet cato in li-
ſcribilita. bro de re ruſtica:Ad eundē modū & ſcriblita ſit adhibito caſeo coquiturq;:de qua epigrammatiſta cir
cunlata diu menſis ſcriblita ſecundis:plautus quoq; in penulo nunc dū ſcriblitæ eſtuant occurrite:Vi
det autē Apuleius noīe caſeatæ polentæ ſignificare obſoniū cōſimile epityro/eſt autē epityrū uocabu
lū cibi quo frequentius ſicilia q̃ italia uſa eſt:ut auctor eſt.M.Varro:de quo plautus in milite.ſi unum
Epityrū. epityrū edam apud illum eſuriens inſane:in plautinis codicibus coniunctim & interciſim implicata
τυρος lectio.ſic enim impreſſi codices habent epityredam pro epityrum edam.Dictum autem eſt epityrū.
τυροκρ- ut ego opinor a caſeo:Ex quo fit id cibi genus perinde ac caſeatum ſit τυρος enim græce caſeus lati
ηστισ. ne ſignificatur:& τυροκρηστις dicitur id inſtrumentum coquinatorium:quo foraminato caſeus
minutatim diſteritur:hinc illud calippi ſalſe ſimul & dolenter dictum celebratur apud græcos:qui dū
catinam ſiciliæ ciuitatem capere adortus ſiracuſas Amiſiſſet dixiſſe fertur Tyrocneſtin habeo/pro ci-
uitate:Non me peterit/apud columellā libro rei ruſticæ.xiii.epityrū uocari genus conditur æ ex oliuis
fractis:concinatum:quod in ciuitatibus græcis plerūq; uſurpabatur: quod qdam pityrum dicere ma
lunt:Cato quoq; docet epityrum album nigrum fieri ex oliuis addito coriandro feniculo ruta men-
ta citra caſei mentionem.Nō inuitus in hæc interdum ueluti diuerticula tranſilio:ut ita uarietate reꝝ
faſtidiū abſtergat:qd nulla res magis q̃ uniformis narratio parit. apud iuriſcōſultos taberna caſearia
Taberna decenter dicta:ubi fit caſeus:ſed anteq̃ digrediamur ab epityro & caſeo:conducibile uidet explicare
caſearia. quid ſit apud.M.T.tyrotarichus de quo multi multa/per pauci bene:in epiſtolis ad papyriū petum ī
Tyrotari epiſtolis ad atticū tyrotaricus & patina tyrotarichi.per ſæpe memorat.qua dictione ſignificari puto
chus. genus obſonii ex caſeo ſalſamentiſq; confecti.unde ex utroq; cōpoſitū nomē.τυρος enim. ut iam
apud Ci- diximus græce dicitur caſeus/ταριχος:ſalſamentum.proinde tyrotarichos legendum.ut ſit nomē
ceronem pētaſyllabō.Qui tyrotarichū accipiunt pro nomine coqui ſiue uillæ a uero deuii halluciātur. MOR
quid. dico:Mordicare eſt morſu carpere:quidam legunt modico ſecurius tanquam aduerbium ſit ſignifi-
cetq; paulo licentius fruſtum ſiue bucellam ex illa caſeata polenta contruncaſſe:ego legere mali mor
dicus.uel ſi ita placet mordico ut aduerbium ſit.quo ſignificat cum morſu & dentibus: & ut ueteres
dixerunt morſicatim:ſenſus autem ſic ordinatur:cum morſu cōtruncare uoluiſſem bucellam ex po-
lenta caſeata grandiorem:propterea quod conuiue uoratores ▪ apti tuburcinātes uorant:paulum ab
fuit quin interirē dū faucibus in hæret ac ſpiritum ſtrangulat cibus ille glutinoſus ex caſei mollicie &
lentore. OFFVlā:Offula hic accipit pro bucea ſiue bucella & fruſtullo polētæ.Offa.n.cuius diminu
Offa. tiuum eſt offula & tertio gradu ofella ſignificat fruſta eſculenta in q̄ potiſſimum caro concidit.colu
mella de ſalſura ſuillæ carnis ſcribens ait.caro in libralia fruſta cōcidit.deīde offulæ carnis ſpiſſe com
ponuntur & alternis ſal ingeritur:claudius imperator cū de laniis ageret exclamauit in curia:Rogo
Offula. uos quis pōt ſine offula uiuere.Vbi offula accipi uidet pro eſca ſcitiſſimi ſaporis quæ fit ex iecinore
Inter os porcino in fruſtula conciſo. uulgo iecuſcula dicunt. ꝑ tranſlationē dixit decenter ſatyrographus &
& offam. patruo ſimiles effunderet offas intelligi uolēs impfectos fœtus.Et fruſta carnis:qualia ſunt in abor-
tiuis:dicit offa quoq; de hiis/quæ nō mandunt:ut apud plinium offæ bubuli fimi. uulgatiſſimū ē ue
tus prouerbium inter os & offam:quo pro bucella & fruſtulo cibi capitur:cuius meminit cato:idem
Prouerbi ferme ſignificans Quod græcus ille παροιμιωδης uerſus πολλα μεταξι π▪λει κυλικος και χε
um inter ιλεος ακρου.& quoniam incidimus in hoc prouerbium nō ab re eſt notaſſe cauſam/unde prouer-
calicem bialis uerſus factus eſt.quē noſtri in tranſcurſu attigunt.nec ſatis enarrāt.apd græcos talis narrat hiſto
& labra ria.Anceus neptūi filius cū uineā plātaſſet fāulorūq; ueſtigiis īterdixiſſet un⁹ ex illis dixit nō eē fas dño

fructum

fructū uineæ carpere:neq; uinū nouū guſtare:mox maturis uuis anceus gaudibundus cū poculū eēt labris admoturus iuſſit ſeruū meminiſſe uerbi qđ dixerat.interea uenit nuncius domino referēs uineā ab apro imenſo uaſtari:tunc anceus abiecto poculo dum cōcitatus currit ad aprū perimendū/ab eo pcuſſus occubuit:& ita ut ſeruus pdixerat guſtare non potuit uinū:Quod iam habebat paratū/Labriſq; propinquum.Alii tradunt hāc paroemiā ab antinoi caſu ortā eſſe unius ex procis penelopes:q cū poculū labris admoueret bibiturus:Corruit moribūdus ab Vlyſſe ſagitta cōfixus.Quidā referunt ad chalcātē:quē uites ſerētē qdā augur uicinus pteriēs dixit errare:nō.n.ei fas eſſe nouū uinū guſtare:cōſimile eſt illud apud noſtros minus notū.Inter manum & mētum. IN cōuiuas emulos. Solemus i cōuiuio hoc ſæpe factitare:aut auide cibos tranſuoremus in fruſta enormia conciſos

in conuiuas emulos contruncare geſtio: mollicie cibi glutinoſi faucibus inherentis.& ima gula ſpiritus detinentis: minimo minus interii.& tamen athenis proximo,& ante pœcilen porticum: iſto gemino obtutu circulatorem aſpexi equeſtrem.ſpatham pacutam

Inter manum & mentū.

uixq; cōmāducatos:dū timēus ne cōuiuæ gulōes cūcta uoraciter i baratrū cōiiciāt:& ob hoc i emulos cōuiuas dixit Apuleius ſe cōtrūcaſſe mordicus offulā grādiorē:alii exponunt dū cibū uellet fruſtatim ſecare:ut ſingulis cōuiuis ſuæ partes diſtribuerētur. GEſtio.Cupio alias geſtire ſignificat lætū eſſe.& geſtu corporis læticiā ſignificare:ut nonius ſeruiuſq; notificāt:enarrātes illud uirgilianū:Et ſtudio in caſſum uideas geſtire lauādi:geſtit ille:q ut ait feſtus Pōpeius ſubita fœlicitate exhilaratus nimio corporis motu pter cōſuetudinē exultat. GLVtinoſi.Vulgo talis cibus uiſcoſus appellat᷑. IMA gulæ. ſumū gulæ fauceſ uocātur:poſtremū ſtomachus. SPIritū detinētis.ſignificat interclūſum fuiſſe a cibo deerāte ſpiritū meantē p fiſtulā ſpiritalē:Duæ.n.ſunt fiſtulæ.& quaſi canaliculæ a faucibus deorſū pficiſcētes p quarū alterā delabūtur i ſtomachū eſculenta oia & poculenta.Ex quo cibalis dicta.p alterā ſpiritus a ſūmo ore i pulmonē atq; inde rurſum in os & i nares cōmeat:perq; eādē uiā uocis quoq; fit meatus.a ſpiritu ſpiritalis hæc fiſtula noīatur:quā græci uocant τραχειαν αρτηριαν hoc eſt aſperā Arteriā.M.Varro capite de capris & hædis Lactātius in libro de opificio Gurgulionē appellat:aliquādo cibus potuſq; labitur in hāc fiſtulā.p quā ſpiritus reciprocatur.eaq; offenſione itercluditur animæ meatus.Quod ſibi accidiſſe ſignificat Apuleius:dum ait cibū glutinoſum retentaſſe ſpiritū.meātem & deeraſſe in alienum tramitem.ob hoc arte quadam & ope naturæ duabus fiſtulis cibali.ſ.& ſpiritali interpoſita eſt lingula:quæ dicitur epiglottis:quæ inter edendum bibendumq; operit canaliculam ſpiritalem/ne ſi cibus potuſue in alienum deerrauit tramitem hominem torqueat:Auctores Ariſtoteles/Plinius.gellius/& eraſiſtratus. MINImo minus.Vix minimum abfuit quin interirem. PROximo.Appropinquo.Verbum eſt. ANTE poecilen porticum.poecile porticus fui athenis:in qua ſtoici pbabātur:latine dici pōt uaria ſiue uariegata a pictura.ſ.multiplici:q̄ illic uiſebatur.polygnotus pinxit gratuito porticū hāc poecilen/Cū partē eius mycō mercede pingeret:uñ maior fuit polygnoto auctoritas:Siquidē Amphictyones:Quod eſt publicū græciæ conciliū hoſpitia ei gratuita ſtatuere. De hac porticu intellexit perſius cū ait Bracchatis illita medis porticus.De eadē ſic ſcribit Emylius pbus.in hac porticu poecile cū pugna depingeretur.Marathonia tributus eſt hic honos milciadi:ut in decē ptoꝝ numero prima eius imago poneretur.In.vi.ſuetonii cōmētario ſcripſimus copioſiſſime de poecile porticu.Emaculantes maculoſum ſparciani locū illinc poteris mutuari:ſiqd ex curioſitate uberius fuſiuſq; deſideraueris:ποικιλον græci uariū uocāt.ποικιλιαν narietatē:uñ poecile porticus dicta a uarietate picturarū.hinc & pyropoecilon uocarūt lapidē punctis ignei coloris uariegatū & gēmā ſidero poecilon q̄ ferro ſimilis ē guttis uariātibus:fuit & i helide porticus poecile ut pauſanias tradit:q̄ a Plinio heptaphonos appellat᷑:qm̄ ſepties eadē uox In ea reddebat᷑. GEmino obtutu aſpexi. Ambobus oculis figura ē:quā grāmatici pleonaſmon uocāt:q̄ fit ut auctor ē Quintilianus i.viii.cū ſuperuacuis uerbis oron onerat᷑ ut ego oculis meis uidi:ſat eni ē uidi:& ſic ore loquuta eſt:Cū utiq; ſufficeret ſic loquuta ē:obtutus alias ſignificat aſpectū ut illud.Dū ſtupet obtutuq; heret defixus i uno.dicitur aūt obtutus quaſi obtuitus/a uerbo tuor qđ ſignificat uideo.Hoc gemino obtutu aſſeuerantis eſt.ſic Terētius hiſce oculis. CIRculatorē.Circulatores ſūt circūforani:q pſtigiis qbuſdā magicis uident᷑ deuorare gladios acutos:irritare ſerpētes uenenatas:& alia id gēus icredūda efficere maxia ſpectatoꝝ admiratiōe:pecuniarū maximi eruſcatores.Ex hoc gñe ſunt pharmacopolæ.& marſi/q angulū uirulētoꝝ dormitores ſūt:quos Iulius firmicus i.vii.matheſeos naſci ait oriēte ſidere opiocho:q ſint circulatores docet Paulus Iuriſcōſultus Titulo de extraordinariis criminibus:ſic ſcribēs.in circulatores q ſerpētes circūferūt & pponūt ſi cui ob eoꝝ metū dānū datū ē.p mō admiſſi actio dabit᷑:a circulo & circūferēdo nomē circulatoris deductū ē:cuius fœmininū ē circulatris Ouidius i priapeis.hic qñ teletuſa circulatrix.Videturq; fœmia circulatrix ea dici:q̄ lucri gratia urbē circuit & ſaltādo alioue ludicri gñe mercedulā aucupat᷑.Circitores uero i re militari dicūtur q uigilias circūeūt ut renūcient ſi qua emerſerit culpa:quos olim circuitores appellabāt/ut auctor ē Vegetius.De circitore i priapeis qđ me cū tibi circitor moleſte.Vlpianus iuriſcōſultus titulo de iſtitoria actione:circitores quoq; eos dici uul

Geſtire.

Fiſtula cibalis.

ſpiritalis.

Aſpera arteria.

gurgulio

Epiglottis.

Poecile portus.

Amphictyones.

Pyropoecilon.

Sidero poecilon

Porticus heptaphonos.

Circulatores.

Pharmacopolæ.

Circulatrix.

Circitor.

mucrone infeſto deuoraſſe. ac mox eundem inuitamē to exigue ſtipis uenatoriam lanceam qua parte minatur exitium:in ima uiſcera condidiſſe.& ecce pone lanceæ ferrũ:qua bacillum inuerſi teli ad occipitium: per inguinē ſubit:puer ĩ molliciem decorus inſurgit. Inq; flexibus tortuoſis eneruam:& exoſſam ſaltationem explicat: cũ omnium:q aderamus: admiratione.diceres

go oſtēdit/qbus ueſtiarii dāt ueſtē circũferēdā:& diſtrahendā.Plinius ĩ epiſtolis circulatorē eũ ĩtelligit qui ĩ foro ĩ corona populariũ legēdo canēdoq; oblectat:quales hodieq; nō parũ multi in foro noſtro audiunť. SPAthā:multa ſũt græca uel græcanica uocabula latinis notiora uſitatioraq; q̃ noſtratia: qď oppido quā mirũ uideri debet:& ut exēpli cā pauca q̄dā breuiloqua orōne ſuccingā: nō ne multa iter morboꝝ noīa græcanica ſũt notiſſima uſitatiſſimaq; pinde atq; uernacula medicis nr̃i tpis: quorũ aures latinas eorūdē morboꝝ dictiōes penitus aſpnāť. Quid ſit dyſenteria q ſint dyſenterici norũt oēs: q̃ græca ſũt. At ſi tormina & torminoſos dixeris:ſic.n.latīe dicunť:uerbi nouitate perculſi obſtupeſcēt. Itē qd ſit apud Hyppocratē & Galenũ ſynāche norunt: quā tñ ꝑperā ſquinātiā dicere cōſueuerũt: qd uero ſit angina neſciũt: q̃ latina dictio ē ſynācheq; ſignificat: lyenteriā q̃ ĩteſtioꝝ leuitas ē & ſolutio ꝓbe callēt: aluios neſciũt:Ita.n.latine lyenterici uocātur:Epaticos ſciũt dici q morbo laborāt epatario:q̃ græca dictio ē:iecoroſos dici neſciũt: q̃ latīa uox eſt:Cōſimiliter ut ad ꝓpoſitũ reuertar ſpathā tā uiri q̃ fœminæ uulgo noītāt.cũ dictio græca ſit: q̃ latio ſermōe diciť gladius enſis Mucro:ſed illud græcũ q̃ hæc latina cognibilius uulgatiuſq;.Vegetius gladios maiores ſpathas uocari docet/minores uero ſemi ſpathas:ꝑterea ſpatha ſignificat ramuſculum palmæ cũ balanis hoc ē ipſis Dactylis:ut tradit Iulius pollux: hīc apud Martialē Lēma ē ſpathaliō Cariotarũ:qua dictiōe ſignificať ramulus cũ cariotis.i.dactylis palmarũ depēdētibus: Itē ĩ leuitico ſcriptũ legius:ſumetis uobis die pͥo fructus arboris pulcherrimæ:ſpatulaſq; palmarũ:ꝓ eo qď ē ramuſculos palmarũ cũ fructibus:Sed qď cũ pace bonaq; uenia eruditiſſimoꝝ uiroꝝ dictũ ſit ſpathaliō apd Pliniũ & Plautũ ut ego opīor nō a ſpathæ.i.palma deduciť:ſed a uerbo græco σπαθάω ſiue σπαθαλάω qď ſignificat delitias ago & laſciuio/ĩclinať.quo uerbo uſus ē Ariſtophāes cũ ait ĩ nepheles ὠγυμαιλιαμ σπαθασ.ē.n.ſpathaliō ornamētũ muliebre ĩter delitias fœmīeas ānumeratũ.ne forte q̄ras ubi Pli. meminerit ſpathalii.ſic ait in.xiii.ſpathalia eo facere & monilia fœminas:& Plautus in menechmis: Ambo menechme inauris da mihi faciēdas pōdo duũ nũmũ ſpathalia ut te libēter uideā cũ ad nos ueneris:ꝑterea Plinio ſpatha ē ĩſtrumētũ & rudicula qua utimur ĩ uerſandis rebus q̃ coquũtur. MVcrone ĩfeſto.Cuſpide noxia ac letifera/mucronatus diciť a mucrōe:mucronis effigiē gerēs.Plinius libro.xxxii.xiphiā piſcē.i.gladiũ roſtro mucronato eē ait.ĩterdũ mucro ſignificat ipm gladiũ:& ut docet Quintilianus proſa oratio mucronē ꝓ gladio recipiet:Priſcianus ſynoīa ſũt iqt:q̃ diuerſis noībus idē ſignificāt:ut enſis/mucro/gladius. EXIgue ſtipis:minimi p̃cii ĩcitamēto.ſtipē pecuniā dicebāt.a ſtipādo:ut ĩterp̃tať.M.Varro:qa q aſſes hoc ē nũmos librales habebāt maiori nũero nō ĩ arca ponebāt:ſed ĩ aliqua cella ſtipabāt.i.cōponebāt/a ſtipe ſtipēdiũ dictũ.& ſtipēdiarii qď ſtipē pendebāt.hinc diſpenſator ab ſtipe pendenda nominatus.hinc pecunia ſtipulari diciť & reſtipulari ĩ obligationibus. LANceā.hiſpanicũ uocabulũ eſt.ut ait Varro.& repetit gellius: a lancea lanceatus.i.lancea ꝑcuſſus:qui habuerit horoſcopũ in.xvii.parte Aquarii auctore firmico materno lanceatus morietur:Lancearios noſtri uocāt quos græci λογχητουσ καὶ λογχοφορουσ appellāt:a λογχη.i.lancea geſtāda. Qua parte.i.cuſpide. PONE ferrũ:Poſt ferrũ.Virgilius pōe ſubit cōiunx.& alibi pone ſequēs & ut ait Priſcianus in.xvii.aduerbiũ ē:qď ſoli accuſatiuo adiungitur.ut pone tribunal.uel pone domũ. BAcillũ diminutiuũ a baculo Iuuenalis nullo dextrā ſubeunte bacillo.Liuius lictores cũ bacillis. INuerſi teli.ſenſus eſt circulatorē illũ p̃ſtigiis ꝑpotentē ꝑ partes inguinũ infernas.perq; uiſcera ĩmiſiſſe ferrũ lanceæ:q̃ adacta uſq; ad occipitiũ emerſit oſtentās in mucrone puerũ ſaltatoriũ:q̃ res inter mira miracula referri pōt:qualia ex portētoſa uanitatis magicæ officina depromũtur. PER inguimē.Lego per inguē.Inguina aũt tā uiri q̃ fœminæ uerēda ſignificātur:Martialis accedo quotiēs ad opus mixtiſq; mouemur inguinibus:inguina ſunt ſub ſcorpione:mālius at ſcorpius inguine gaudet:hinc inguinaria dicta herba:q̃ ſedat inguinis dolores quā q̄dā argemonem uocāt. cuius meminit Plinius in.xxvi.Ad occipitium:occiput & occipitium uocamus partē capitis poſteriorē: occipitium ut docēt philoſophi & tradit Macrobius in ultimo ſaturnalium/nunquam caluũ uiſitur ob ſiccitatē. ſub arietis dominio caput collocatur.Mālius in ſecundo aſtronomi cō.aries caput eſt ante omnia princeps ſortitus. IN molliciē decorus:in quibuſdā decor eſt corporis iunctus fortitudini/& talis pulchritudo ornat ut ait donatus uirũ fortē:in quibuſdā forma eſt cũ mollicie copulata:& tales magis inter fœminas:q̃ inter uiros ſunt numerādi:qui naſcentur orientibus pleiadibus corpus in fœminā trāſferrent effeminati molliter ambulantes ueſtigia ſuſpēdēt: penitebit eos qď uiri nati ſint.auctor maternus ĩ.viii.matheſeos. ENERuā ſaltationē.decētib⁹ uocabulis ſaltationē molliculā ĩfractāq; depinxit.Enerua.n.& exoſſis:q̄ſi ſine neruis & oſſib⁹ ſignificať:q̄les nō paꝝ iā/m̄ltos uidimus:q ſinuoſis flexib⁹ & corpe plicatili oblectāt ſpectatores cũ admiratiōe.Nati ſubſidere leporis leuitate corpis aues ſupare uidebuntur.

Græca pleraq; latinis notiora.
Dyſenteria.
Tormia.
Synāche
Angina.
lyenteria
Epatici.
Iecoroſi.
Spathæ.
Semi ſpathæ.
Spathalion.
Mucronatus.
Stipes.
Lanceatus.
Lācearii.
Inguinaria herba
Occipitium.
Enerua Saltatio.

PATorẽ. hiatũ: & apertionẽ. nomẽ eſt a patendo deductũ. cui conſimile eſt uagor pro uagitu: qua dictione uſus eſt ennius. & fluor pro fluxu. SPONgia deuoluitur. Ne ſcilicet per flumẽ trãſiret. Quod panthia ſuperius cauendũ eſſe pceperat: cũ inquit heus tu ſpõgia caue in mari nata per flumen ne trãſeas: a ſpongia uerbum eſt apitianum ſpongiare quod ſignificat ſpongia extergere. EXanimatum. modo mortuũ: Alias conturbatũ: Inter exanimatũ & exanimũ ut ait Donatus hoc intereſt. Exanimatus eſt cõterritus. & conturbatus. ut illud Terentianum: Ibi tũ exanimatus Pãphilus: Exanimus eſt occiſus. Vt Virgilius corpus ubi exanimũ. nõnunq̃ exanimatus accipitur pro extincto. Et mortuo ut hoc in loco. & apud Hiſtoricos perſæpe. VIX & ægre: aduerbia ſunt difficultatem conatũq; laborioſum ſignificantia. PRO tempore: ſunt res quædã ex tempore & ex conſilio non ex ſua natura conſiderandæ: quibus in omnibus quid tempora petant. aut quid perſonis dignum ſit conſiderandũ eſt & non quid fiat. Sed quo tempore fiat attendendum eſt: quod & M. Tullius docet in ſecũdo Rhetoricorum. IN amnis uicinia: ſignificat ſe in præripiis fluminis & iuxta fluuialem ripam humaſſe iter harenas defunctum Socratem. EXImie: Valde: & excellenter. ſupraq; morem hominum. AVIAS ſolitudines: In acceſſas inuias. & uia carentes: Lucretius. A uia pieridum peragro loca. ſic & homo dicitur auius extra uiam rationis. Idem auius a uera longe ratione uagaris. Notum eſt illud apud Rhetoricos doctores: auium dulcedo auium ducit. RELIcta patria & lare: Larem pro domo uſurpant: ſunt eñi lares dei domeſtici. de quibus ſic ſcribit Tertullianus in apologetico. Domeſticos deos quos lares dicitis domeſtica poteſtate tractatis. de laribus & larario quod ſacrarium domeſticum eſt plura in ſecundo Tranquilli cõmentario: Apuleius noſter in libro de deo Socratis. Lar inquit dicitur familiaris qui ex lemuribus poſtericoꝝ ſuorũ curã ſortitus: pacato & quieto numine domũ poſſidet. VLtroneũ: ſpontaneũ. hieronymus in epiſtola ad Marcellã tritũ quippe eſt prouerbiũ. ultroneas putere merces. NVNC etholiã colo. Inhabito. Deos nõ ob aliud appellant Celicolas ut auctor eſt Auguſtinus in. x. de Ciuitate dei. niſi quod celũ colant. nõ utiq; nenerãdo ſed in habitando: quaſi quoſdã cæli colonos. HAEC Ariſtomenes. Scilicet ſermocinatione ſatis lõga fabulatus eſt. SERmonẽ reſpuebat: Reſpuere ſermonẽ hominis nihil aliud eſt q̃ nõ approbare. neq; recipere perinde ac uanum & fabuloſum. VT habitus & habitudo demonſtrat: Habitus formã corporis & liniamenta ipſamq; corporaturã ſignificat: Liuius habitũ oris liniamẽtaq; intueri. Plautus qualis habitus oris: habitudo quoque ut tradit feſtus pompeius habitus corporũ ſignificatur: habitior dicitur pinguior & corpulentior apud Plautũ. habitiſſimus pinguiſſimus. Au. Gellius i quarto equũ nimis ſtrigoſum & male habitũ: ſed equitem eius uberrimũ & habitiſſimũ uiderũt. Vbi ſtrigoſus equus accipitur pro macro ſiue emaciato. ſtrigoſus eñi quaſi ſtringoſus dictus ab eo ꝙ corpora ſtringat: Liuius equos ſtrigoſiores appellat macriores & exiliores. præterea habitus dicitur ueſtitus. Plinius qui ad nos lugubri habitu aduenerat & capillatior ſolito. Apud Philoſophos habitus in alia ſignificatione uſurpatur: græce dicitur εξισ. de quo Ariſtoteles in ſecundo ethicorum ſatis multa. ipſe autem habitus & habitudo ſæpe declarant hominis cõditionem & dignitatem: Vnde merito ornatum uirum uocat ex habitus elegãtis habitudiniſq; ingenuæ coniectura. ubi habitus referri poteſt ad ueſtitum quoque: habitudo ad corporaturam. ACCEdis huic fabulæ? Credis ne hanc fabulam? Inter rogatiue legendum eſt.

Pateor.

ſpõgiare

Exaiatus

Exanim9

Auius.

Auiũ dulcedo ducit auiũ.

Lares.

Vltroneas putere merces.

Celicolæ

Habitus.

Habitudo.

Habitiſſimus.

ſtrigoſus

utcunque fata decreuerint: ita cuncta mortalibus prouenire. Nam & mihi & tibi: & cunctis hominibus multa uſu euenire mira: & pene infecta: quæ tamen ignaro relata fidem perdãt. Sed ego huic & credo hercules: & gratas gratiaſ memini: q lepidæ fabulæ feſtiuitate nos auocauit. aſperam denique ac prolyxam uiam ſine labore & tedio euaſi. Quod beneficium etiam illum uectorem meum credo lætari: ſine fatigatione ſui: me uſque ad iſtam ciuitatis portam: non dorſo illius: ſed meis auribus prouecto. Is finis nobis: & ſermonis & itineris communis fuit. Nam comites utrique ad uillulas proximas leuorſum abiere. Ego uero quod primum ingreſſu ſtabulum conſpicatus ſum acceſſi. & de quadam anu caupona illico percõtor. Eſtne inq̃ hypata hæc ciuitas? Annuit. Noſtrine Milonem quendam

Fato ſtat iupiter ipſe.
Decernere quid.
Senatus decretũ & conſultum.

VT cũq; fata decreuerint: In hanc ſententiã ait manlius. fata regunt orbẽ. Certa ſtant omnia lege: Tertullianus in apologetico ſcite inquit fato ſtat iupiter ipſe. Idẽ ſignificat græcus ille in hanc ſententiã uerſus. fatũ ſũmũ exuperat Iouẽ: ſignificãter aũt & proprie decreuerint dixit. eſt enĩ decernere cõſtituere ex poteſtate. unde decreta fatorũ & ſiderũ dicta. Iulius firmicus frequẽs eſt in hac elocutione: ut dicat ſidera decernere fœlicitates infœlicitateſq; mortalibus. & Plinius ait. deo ſemel decretũ i oẽs futuros unq̃. hinc ſenatus decretũ. quod a cõſulto helius gallus ſic diſtinguit. ut decretũ dicat particulã quãdã eſſe ſenatus cõſulti: ueluti cum prouincia alicui decernitur idẽ Firmicus maternus ait in primo. fatũ nobis uitæ ianuas pandit. finẽq; uiuendi fatalis legis neceſſitas ſtatuit. Et nihil nõ poſitũ eſt i fati poteſtate: Seneca quoq; libro de mũdi gubernatione. fata inquit nos ducũt. & olim cõſtitutũ eſt quid gaudeas quid fleas. VSV euenire. Cõtigere. EVEnire. Archaiſmos eſt. PEne infecta. Quaſi nunq̃ prius facta. & ob hoc icredibilia. HERcules: Certe. medius fidius: aduerbiũ eſt iurãdi quod me Hercules dicitur quod ſolis uiris cõuenit: Fœmine enĩ per Herculẽ nõ iurãt. & Herculaneo ſacrificio abſtinent. de quo in cõmentariis Propertii copioſius.

Auocare

AVOcauit. Amouit abduxit. abſtraxit a ſenſu laboris per uoluptariã ſermocinationẽ: Comes enĩ facũdus ut inquit publius mimographus. In uia pro uehiculo eſt. Auocare enim eſt remouere alienare. auertere. Virgilius. oblectat hortus auocat paſcit tenet. Caliſtratus iuriſcõſultus. Titulo de nũdinis. cũ auocẽtur iq̃t agrorũ cultores. ab opere ruſtico. & Põponius ait. Cũ cõſules auocarentur bellis finitimis. VECTOrem meũ: equũ ſignificat. qui merito letatus eſt ſe tantiſper exoneratũ fuiſſe ſarcina ſeſſoris ſui. dũ ille pellectus feſtiuitate fabulatoris ſititorq; audiendi prouectus eſt uſq; ad hypatã. MEIS auribus: Auribus prouehi dicimur elegãter & feſtiuiter quãdo audientes aliq̃d auditu dignũ & delectabile laborẽ pedũ

Aium in auribus habitare.
Leuorſũ.
aliorſum
anu pro anui.

nõ ſentimus tãq̃ aures nos uehãt nõ pedes. Dixit olim xerxes perſarũ rex animũ in auribus hominũ habitare: qui bene audit uoluptate perfunditur qui uero male is perturbat̃ & excãdeſcit. FINIS ſermonis & itineris: Conſimiliter Oratius brunduſium nobis finis Carthæq; uiæq;. LEVorſum abiere: Siniſtrã partẽ petierũt: leuorſum enĩ ſignificat ad leuã partẽ. aduerbiũ eſt. ſicut & ſiniſtrorſum. Oratius ille ſiniſtrorſum hic dextrorſum abit. Aliorſum dixit Cato & illorſum pro in aliã partẽ & in illam partẽ. INgreſſu. Pro ingreſſui Caſus dandi eſt quo ita uſi ſunt ueteres. ut dicerẽt uictu ꝓ uictui. Anu dominatu pro anui & dominatui: Et cætera his cõſimilia. Lucilius quod ſumptũ atq; epulas uictu ꝓponis honeſto: Virgilius quoq; in georgicis ait quod nec cõcubitu indulgent. Idẽ teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Cæſar dictator in anticatone unius inquit arrogantiæ ſuperbiæq; dominatuq;. Caput eſt apud gelliũ in quarto noctiũ atticarũ ſup hac re ſcienter cõditũ & grãmatici obſeruauerunt. STAbulum. Cauponã hoſpitiũ de quo ſupra. ET de quadã anu. Splendida locutio eſt ut dicamus percõtor de te

Quæro de te.
caupona
caupões.
Caupo natio.
Percõtor
annuere
Nutare.
Nictare.
Renuere
renutus.

Quero de te. pro a te ita. M. Tullius decẽter uſurpat. Quæſiui de mea tullia q̃d egiſſet: Ita ueteres oẽs frequẽter locuti ſunt. Oratius in ſecũdo ſermonũ. Quærit de pueris nũ ſit quoq; fracta lagena. CAVpona: Cauponã tã mulierẽ dicimus q̃ tabernã: ut docet Priſcianus in quinto καπηλους hoc eſt Caupones appellat. Plato in ſecũdo de re publica qui ſe in foro ad uenditionẽ emptionẽq; conſtituunt quos neceſſarios eſſe ait in ciuitatibus magnis beneq; inſtitutis: idem tamen in libris de legibus interdicit ciuibus Cauponationẽ tanquã tota hæc res p peregrinos ſit exercenda: iuriſconſultus Titulo de nundinis meminit Platonicæ ſententiæ de cauponationibus. PERcontor. inrerrogo ꝑquiro. uerbum eſt a conto deductũ quo nautæ utuntur ad loca nauibus oportuna: & ita ſcribitur p. o ſi uero pereunctor ſcribatur per. u. &. c. tunc dicitur ab eo quod a cunctis perquiratur. auctor Donatus in Ecyræ cõmentario. ANnuit. nutu id eẽ ſignificauit: inter annuere & nutare. & nictare ueteres hoc intereſſe uoluerunt: ut annnere ſit narium uel labiorum: nutare capitis: nictare oculorum: & ita grãmatici uerſum illum Plautinum ex aſinaria interpretantur: Nec illa ulli homini nutet nictet. Annuat: ſed hæc grãmaticorũ ſubtilitas ſcrupuloſior eſt q̃ uerior. annuere enĩ eſt ipſo capitis nutu approbare affirmareq;: Cuius contrarium eſt renuere. Vnde nutus & renutus. Plinius in primo epiſtolarum nam ego ſimili nutu & renutu reſpondere uoto tuo poſſum. græci dicunt ῥευω καὶ ἀῤῥευω

EX primoribus

EX primoribus:ſummatibus.& primi ordinis hominibus. ARriſit:quia ſcilicet Milonẽ e primoribus hypatæ appellaueram. PRImus iſtic:ironicos dictum.cũ a contrario ſignificare uelit infimũ & ſordidum fuiſſe milonem:nec inter hypatinos ciues numerandum:cum eſſet exopolis ideſt extra muros urbis habitaret. EXtra pomerium:pomerium locus eſt circa murum:quem in condendis urbibus conſecrabant.quod ſpatium neq; habitari neq; arari fas erat.cuius uerbi uim ſolum intuentes poſt mœnium interpretantur eſſe:Sed ut ait Liuius non magis quod poſt murum eſſet q̃ murus poſt id pomerium Romãi appellauerunt:pomerium augures romani ita diffinierunt:pomerium eſt locus intra urbem effatus p totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus qui facit finem urbani auſpicii.ex ſeptem urbis mõtibus auentinus ſolus extra pomerium fuit:quaſi ominoſus quod in eo monte remus auſpicauerit aueſq; irritas habuerit ſuperatuſq; a romulo in hoſpicio ſit:uel ob id quod plebs eo ſeceſſiſſet:ut innuit ſeneca ĩ libro de breuitate uitæ mos fuit apd antiquos proferre pomerium agro nõ prouinciali ſed italico acquiſito.legimus apud hiſtoricos ſeruiũ tulliũ regẽ romanũ luciũ ſyllã diuũ iuliũ diuũ auguſtũ protuliſſe pomeriũ:claudius quoq; ut inquit Cor.tacitus pomeriũ urbis auxit more priſco:quo his qui protulere ĩperiũ etiã terminos urbis propagare dat᷑. PArens optima:nomẽ uenerationis:quo anũ cauponã appellat. VIdes ne inquit:dicticos eſt.demõſtrat.n.mãu & geſtu milonis diuerſoriũ. ALtrinſecus:in altiori parte uel ex altera parte uel potius ex utraq; parte.hoc.n.ſignificat altrinſecus apud auctores. ANgiportũ:quod exitũ nõ habet:hac peruiũ nõ eſt id angiportũ appelarunt quaſi anguſtũ ab angẽdo & portu.auctor.M.Varro in adelphis ait Terentius:id quidẽ angiportũ nõ eſt peruiũ.ideſt ut expõit Donat⁹ anguſta & curua uia quaſi angiportus:ut angicia:alii qd inter portus ſit locus anguſtus:hoc ẽ inter domos quas uel portus uel inſulas ueteres dixerunt.de inſulis in hoc ſignificatu ſatis multa apud Suetoniũ.Oratius dixit angiportu tanquam nomẽ ſit quarti ordinis ſic enim ait in ſapphico carmine. flebis in ſolo leuis angiportu.ubi cõmentatores expoſuerunt angiportũ dici uicũ ſine exitu anguſtũ & flexuoſum in modũ anguis. DIuerſat᷑:habitat colit. AMpliter nũmatus:bene nũmatus græce dicit᷑ polycrematos & polyplusios:quod genus ait plautus eẽ honoratiſſimũ in captiuis. ET ſordis infimæ auaros hoĩes & deparcos merito ſordidos appellant.cũ auaritia ad incuriã uſq; corporis craſſet᷑:ut per illã unã neq; uirtutis neq; uiriũ.neq; corporis.neq; animi adſit cura:uictus autẽ ſordidus a tenui uictu diſtabit ofello iudice ut ait Oratius. SVB arrabone auri:ſub pignore arrabonem pignus ueteres dixerunt.quod alio nomine arram.Terentius ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento:claudius quadrigarius in annalibus arrabonem dixit obſides & id maluit quam pignus dicere:quoniam uis hui⁹ uocabuli in ea ſententia grauior acriorq; uiſa eſt:ut curioſe penſitat Au. Gellius:ſed nunc arrabo:ut idem gellius autumat in.xvi.in ſordidis uerbis haberi ceptus ac multo rectius uidetur arra.De arra frequens eſt mentio apud iuriſconſultos:& uerſiculus ille notiſſimus:utilis hæc arram ſi dederitis erit.& nunc uulgo ita uſurpatur.cum in quotidiano ſermone negociatorum ſit.da arram pro pignus plinius in.xxxiii.nõdũ inquit erat arra uelocior de annulo loquens.q ad ſponſiones exilit:& ꝓ pignore opponitur:de arrabone ait.Marcus. Varro hac.arrabo ſic dicta ut reliquum reddatur hoc uerbum a græco αρραβον. EXIGVO lare:domuncula & tuguriunculo:hoc proprium eſt diuitis ſordidi:ut exiguo lare includatur:diſſimulator opulentiæ ſimulator inopiæ. Saturnus auctore Firmico materno ſi fuerit in ſecundo ſigno ab horoſcopo per diem reddit abſconſos latentes & animo pauperes:& habere ſe aliquid ſemper negantes. infruniti eſt inquit ſeneca iactare diuitias. Timidi abſcondere.

ERVgini intentus:rei nummariæ incubans inhianſq;.eruginem.n.pecũiam intelligi uoluit:quæ ex ære fit.ita Oratius ad hæc animos erugo & cura peculi cum ſemel imbuerit:iuuenalis ſi reddat ueterem cum tota erugine follem:eſt autẽ erugo proprie rubigo æris ſicut ferrugo ferri:eruginis magnus eſt uſus pluribuſq; fit modis.ut docet plinius noſter in.xxxiiii.Victruuius quoq; in.vii.ait ex lamellis æreis in aceto obturatis fieri eruginem:cum autem ex ære ſignato ſit nummi uſus & pecuniæ. unde & ærarium & tribuni ærarii:& æra militum & obærati dicti:hinc fit ut erugo quoq; pro ipſa pecunia accipiatur:cruda erugo uulnerariis emplaſtris miſcetur & callum fiſtularum erodit. CALAmitatis: auaritiæ:Quid enim calamitoſius auaro:qui in omnes malus eſt in ſe peſſimus:cui tam deeſt quod habet:quam quod non habet:qui inter opes inops degit uitam calamitoſam.

**e prioribus?** Arriſit. Et uere ĩquit prius iſtic ꝓhibetur Milo.qui extra pomeriũ & urbẽ totã colit.Remoto inquã ioco parens optĩa: dic oro & cuiatis ſit: & quibus diuerſetur edibus. Vides ne inquit extremas feneſtras: quæ foris urbem proſpiciunt & altrinſecus fores proximum reſpicientes angiportũ: inibi iſte Milo diuerſatur.ampliter nũmatus;& longe opulentus;uerũ extreme auariciæ;& ſordis infime: infamis homo. fenus denique copioſum ſub arrabõe auri & argẽti crebriter exercens:exiguo lare ĩcluſus: & erogini ſemper ĩtentus: cum uxore etiam calamitatis ſuæ comitæ habitat. neq;

Pomeriũ

Auẽtius extra pomerium.

Mos proferendi pomeriũ

Angiportum.

Domus. portus inſula.

Polyplusios.

Arrabo Arra.

Aerugo

præter unicam paſcit ancillulam. & habitu mēdicantis ſemper incedit. Ad hæc ego riſu ſubiicio: benigne inquam: & proſpicue Demeas meus in me conſuluit: qui peregrinaturum tali uiro conciliauit: in cuius hoſpicio: nec fumi: nec nidoris nebulam uererer. & cum dicto: modico ſecus progreſſus hoſtium accedo. & ianuam firmiter oppeſſulatam pulſare uocaliter incipio. Tandem adoleſcentula quædam procedens. Heus tu inquit: qui tam firmiter fores uerberaſti: ſub qua ſpecie mutuari cupis? An tu ſolus ignoras: præter aurum argentumq; nullum nos pignus admittere? Meliora inquam ominare: & potius reſpōde: an intra edes herū tuum offenderim? Plane inquit. ſed quæ cauſa queſtionis huius? Litteras ei a corinthio Demea ſcriptas ad eū reddo. Dū annūcio īquit: hic ibidē opperi minor. et cū dicto ruſū forib9 oppeſſulatis intro capeſſit. modico deīde regreſſa: patefactis edib9. Rogat te īquit. iutili me. eūq; accubātē: exiguo admodū grabattulo: & commodum cenare incipientem inuenio. aſſidebat pedes uxor:

PRAEter unicā ancillulā: conſimiliter Lucianus in aſino aureo tradit ſe uſum eē hoſpitio hypatini hipparchi: qui μιαμ θερραπαιμην τρεφει και την αυτου γαμετην μονασ ideſt ancillam & uxorē ſolas domi alebat. cū eſſet ut ipſe ait φιλαργυρωτατοσ ideſt auariſſimus mortaliū. BEnigne & perſpicue: liberaliter & nitide aduerbia ſunt ironicos legendū. NEC nidoris nebulā: in domo auari & ſordidi nunquam culina colit̄ nec edulia lautiora diſcoquunt̄: quoꝝ nidor nares pmeat: plautinus euclio. aridior pumice diuū atq; hoīum inclamat fidē de ſuo tigillo fumus ſi qua exit foras. idē minitans ſtaphilæ aniculæ īqt. ſi ignis uiuet tu extinguere exemplo. eſt autem nidor. odor qui ex edulis coctis olfactum excitat: intantum ut quandoq; deſideremus illud Catullianum. Quod cum olfacies deos rogabis. Totum ut te faciant fabulle naſum. de nidore epularum illud celeberrimum. Captū te nidore ſuæ putat ille culiæ. græce dicitur: κνισσα. ut illud homeri ex pria iliados rhapſodia κνισσι λουραμον ικεμ ελισσομενη περι καπνω. iterdum nidor. p putore uſtrinæ accipit̄. ut apd Virgilium occupat os flammis. illi ingens barba reluxit. Nidoremque ambuſta dedit. MOdico ſecus: non longe a caupona. OPpeſſulatam: clauſam & peſſulis īmiſſis munitam. PVLſare uocaliter. Morem expreſſit uſitatiſſimū ut ſcilicet qui pulſat hoſtium etiā forinſecus inclamet. Lucianus. εγω κοπτω προσελθων την θυραν. ego accedenſ ianuam pulto. SVB qua ſpecie mutuari cupis ſub quo pignore: quorum multæ ſunt ſpecies: uſus eſt uerbo iuriſconſultoꝝ. qui ita ſcribunt titulo de rebus creditis mutuū damus recepturi nō eandē ſpeciē quā dedimus. alioquin aut cōmodatū erit aut depoſitū. ſed idē genus: hoc aūt iō dixit puella: tāq nullus unq̄ accederet domū milonis niſi qui pecuniā mutuaticā: uel potius fœneraticiā oppoſitis pignoribus ſūmere uellet: mutuū aūt a fœnore hoc diſtat. qđ mutuū ſine uſuris fœnus cū uſuris ſūmit̄. hinc ait plautinus amator in aſinaria: nā ſi mutuas nō potero certū eſt ſūmā fœnore. paulus iuriſconſultus mutuū ait appellatū ab eo qđ de meo tuū fit: mutui datio conſiſtit in his rebus: quæ pondere numero menſurane conſiſtunt. mutuari aūt nō ſignificat mutuā pecuniā dare ut ſemidocti litteratores opinat̄: ſed mutuū ſumere. Macrobius ait de Virgilio. quod. ſ. ad excolendū ſe q̄dā ab antiquioribus mutuatus ſit. i. mutua uſurpauerit. & hæc eſt proba & erudita eloquutio. aduerbiū ē mutuo uſitatiſſimū: eſt & mutuiter minus frequens: qđ idē ſignificat: Varro uiue meq; ama mutuiter. MEliora ominare: nō ſolū deoꝝ uoces pithagorei obſeruauerūt: ſed etiā hoīum. q̄ uocāt omīa: q̄ maiores noſtri ut ait. M. Tullius plurimū ualere cenſebant: ideo ait Apuleius ad ancillā: dic quæſo meliora uerba. itidem apud Macrobium: bona uerba quæſo prætextatus ait. antiqui ominare: & ominari dixerūt in eadē ſignificatōe Pōpōius ita ſit & tibi bn̄ q recte ominas: ē āt ominari quaſi uerbis diuinare & augurari. Offenderim inuenturus ſim. Quæſtionis: inquiſitionis. Terentius. caue in quæſtione ſis.

A corinthio demea: imitatur Lucianum qui ad hoſpitem hipparchum litteras decriani ſophiſtæ deferebat. OPEriminor: elegantius leges operitor: quod ſignificat expecta & præſtolare. MOdico deinde. poſt paulum. ACcubantem: accubare uerbum eſt conuiuale. Marcus Tullius qui mihi accubantes inconuiuiis: fuit enim mos priſcorum ut cubantes in lectulis cenitarent: qui mos apud græcos Turcaſq; hodie quoq; eſt uſitatiſſimus: unde diſcumbere & accumbere & accubare recumbere uſurpata. ſcribit Valerius maximus fœminas cum uiris cubantibus ſedentibus cenitare conſueuiſſe.

COMmodum: tunc tunc id horæ eo momento de hac dictiōe in ſuperioribus ſatis multa. EXIguo grabattulo: Lucianus conſimiliter κατεκειτο επι κλινιδιου στενου ideſt diſcumbebat in lectulo admodum Anguſto. ASSIdebat pedes: ſedebat ad pedes. ego autem corrigo penes pro pedes. ut ſignificet uxorem penes ideſt iuxta maritum milonem aſſediſſe: conueniatq; cum uerbo Luciani qui ait γυνη δ αυτου καθηστο πλησιον. ideſt uxor autem ipſius prope aſſidebat.

Philargyrotatos. Nidor

Mutuū dare.

Mutuo Mutuiter. Omina. Ominari

Accubaſ. Fœmine ſedentes cenabāt.

Clinidiō lectulus

MENſa uacua:ex luciani filis textura concinnatur.ille.n.ait καὶ τράπεζα μὴ δὲν ἔχουσα παρέ-
κειτο.i:menſa nihil continens adiacebat. BEne ego: quaſi dicat gratias ago pro hoſpitio oblato.
ILlico:ſtatim. EIS:lege ei ſcilicet Miloni. PROſperiter:legendū properiter:quod ſignificat pro
pere & feſtinanter.catullus animula miſerrima properiter abit. EAM : corrige etiā. VErecundia
contantē.pudor & uerecundia hoies facit contabundos & renitentes . nec nō fari prohibemur ex pu
dore:unde nō in eleganti epitheto dictus infans ab oratio.quia nos infantes efficiat & mutos.infans Pudor infans.

& menſa uacua poſita:cuius monſtratu: En inquit hoſpitiū.Bene ego. & illico ei litteras Demeæ trado. Quibus properiter lectis:amo inquit meum Demeam:qui mihi tantum conciliauit hoſpitem.Et cum dicto:iubet uxorem decedere. Vtq; in eius locū aſſideā:iubet: meq; etiam nunc uerecundia contantem:abrepta lacinia detrahens:adſide inquit iſtic. Nam præ metu latronum: nulla eſt fibula:anne ſufficientem ſupellectilem parare nobis licet.Feci. Et ſic:ego te inquit etiam de iſta corporis ſpecioſa habitudine:deq; hac uirginali prorſus uerecundia:generoſa ſtirpe proditum.& recte cōiicerem. Sed & meus Demeas eadem litteris pronūciat.ergo breuitatem Gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto:erit tibi adiacenſ:& ecce illud cubiculum.honeſtum receptaculū: fac libenter diuerſeris in noſtro. Nam & maiorem domum dignatione tua feceris:& tibi ſpecimen glorioſū arrogaris. ſis contentus lare paruulo: Theſei illius

nāq; pudor prohibebat plura pro
fari. LAcinia:ueſte de lacinia &
lacinioſa conualle iā dictum eſt.
NVLla eſt fibula. cā reddit̃ cur
uocauerit apuleiū. ut aſſideret in
uxoris ſella:quoniā inquit nihil ſa
tis clauſum ſatiſq; munitū eſt ab i
curſu latronū.qui nullas nobis ſel
las reliquas fecerunt : & ita fibula
accipiet̃ pro clauſtro & obiice:ſed
elegantior lectio eſt & uerior.Sel
lula ſiue ſeſſibula:ut ſit ſēſus nullā
aliā domi ſuæ ſed ſellā ſiue ſedile
p̄ metu latronū qui ſunt in cā ne
ſupelex idonea paret̃.eſt.n.ſellula Sellula
diminutiuū a ſella quaſi parua ſel ſelliqua
la:ſedes autē & ſedile & ſella & ſub ſtra.
ſelliū & ſoliū a ſedendo dicunt̃ .d.
littera in .l. conuerſa .M. Varro &
Feſtus pōpeius auctores.ſelliqua
ſtra quoq; ſedilia ab idoneis ſcrip
toribus appellāt̃ a ſedendo & ipſa
dicta:higinus caſſiopea ſedens in
ſelliquaſtro collocata eſt: idē alibi
ait iter ſidera ſedēs i ſelliquaſtro cōſtituta ē.mēda ē i codicibus ipreſſis i quibus paſſim legit̃ ſilliquaſtro
p ſelliquaſtro.magna.n.diferētia ē i ſignificatu iter ſilliquaſtꝝ & ſelliquaſtꝝ:q̄uis i ſcripto ſit puſillū diſſi
diū.ē.n.ſelliquaſtꝝ ut iā docuimus ſedile:ſilliquaſtꝝ uero herba ē hortēſis:q̄ alio noie piperitis appellat̃ Silliquaſtrum.
cuius meminit.plinius i.xix.& i.xx.libro naturalis hiſtoriæ. FEci:ut iuſſit milo.aſſedi i uxoris ſella.qm̄
icidit mētio ſedilis.declarādū ē Gellianū uerbū:i quo pleriq; oēs heſitāt.i decimo octauo noctiū atticarū Locus
ſic ſcriptū ē:offendimus eū cubātē i ſymphodio grecieſi:tu lege i ſcimpodio & expōe i ſedili uel potius i Gellii de
grabatulo.græci.n.σκίμποδα uocāt ſcabellū & grabatū:cuius diminutiuū ē ſcimpodiō Luciāus . τῷ ſcipodio.
δὲ παιδί σου σκιμπόδιον αὐτοῦ παραθήσω.i.ſeruo tuo grabatulū ipſi cōueniēs apponā. ET
ſic:lege & ſi uerba ſunt milōis ad Luciū. VIRginali uerecūdia.laudamus i iuuene uerecūdiā ē.n.uir Virginalis pudor
tutis color.plautus adoleſcētē decet eē uerecūdū.argyripe.ſed i ſene ut ait Ariſtoteles i.iiii.ethicorū di
gna laude nō ē:cū nō oēm deceat ætatē uerecūdia.optimū autē uerecūdiæ epithetō ē ut uirginalis ap
pellet̃.ē.n.uirginū prope peculiaris pudor.claudiāis flāmea ſollicitū p̄uelatura pudorē Maro quoq; de
lauinia uirgīe ſcribēs affectū naturalē decēter expreſſit flagrātes perfuſa genas cui plurimus ignē ſubie
cit rubor & calefacta per ora cucurrit. REcte cōiicerē:cōiectarē & cōiectatorie cognoſcerē. EAdem Gurguſtium.
te:ſcilicet eē generoſa ſtirpe genitū. GVRguſtioli:tuguriūculi caſulæ domūculæ. gurguſtiū.n. cuius
diminutiuū ē gurguſtiolū ſignificat genus habitatōis anguſtū:a gurguliōe dictū. DIgnatōe tua:do
mus nō ſolū domino honeſtat̃:ſed etiā hoſpitū dignitate nobilitat̃ hodieq; gloriari ſolemus domi no
ſtræ fuiſſe hoſpites illuſtres.ut uerū ſit illud ſidonii gloria magna uiri gratia parua loci. SPEcimē ar
rogatis:gloriā tibi uindicabis ex humanitate qm̄ laudaberis nō ſpreuiſſe tenue hoſpitiolū. CONtē
tus lare paruulo.in hāc ſentētiā eſt illud uirgilianū:aude hoſpes cōtēnere opes & te quoq; dignū finge
deo:rebuſq; ueni nō aſp egēis.& illud naſōis ſubiere miores ſæpe caſas ſuperi. THEſei illius cogno
minis patris tui.Hic liquet patrē Apuleii appellatū eē theſeū:ē autē ſenſus ſi hoſpitiolū meū nō ſpreue
ris:uideberis eē imitator theſei illius iclyti & famigerati qui oli nō erubuit uti hoſpicio hecales ruſticæ Hecale hoſpes theſei.
uetulæ:q̄ illi appoſuit olera uel potius herbas ſilueſtres pro eduliis ueluti ſonchō & crethmō ut ſcribit
Callimachus.& rettulit.plinius:corrige autē pro ales anus hecales anus ſicut in libro annotationum
corrigēdū eē docuimus.hæc ē illa hecale:q̄ in carmīe obſcēo ſignat̃ cū ait æqualis tibi quā domū reuer
tens theſeus repperit in rogo iacentē.hecales meminit & plutarchus in theſeo.de hac opinor intelle
xit Ouidius in libris de remedio ſic ſcribens.cur nemo eſt hecalen nulla eſt quæ ceperit Irrū . Nēpe qd
alter egens.Altera pauper erat.ſcio in codicibus Ouidianis hecatem legi non hecalen.

*Cognomines.* COgnominis.cognomines dicuntur eiuſdem nominis.ut docet Seruius enarrans illud Virgilianum. Gaudet cognomine terra. hinc plautus in bacchidibus. quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines. Theſeum appellat cognominem patris Apulei.quia & ipſe pater dictus eſt theſeus.

*Emulare* EMVlaueris.imitatus fueris.locutio uetus antiquitus enim emulare pro emulari dicebatur ſicut luctant dixerunt pro luctantur.& præliant pro præliantur.& conuiuant pro conuiuantur.& hoc gẽus prope infinita.quod multorum exemplis ſatis liquet & grammaticorum obſeruatione declaratur.

cognominis patris tui uirtutes emulaueris: qui non ẽ aſpernatus Ales anus hoſpitiũ tenue. Et uocata ancillula. Fotis ĩqt ſarcinulas hoſpitis ſuſceptas cũ fide cõde ĩ illud cubiculũ. Ac ſimul ex promptuario oleũ unctui: & lintea terſui: & cætera hæc eidẽ uſus profer ociter. Et hoſpitem meum produc ad proximas balneas. ſatis arduo itinere: atq; prolixo fatigatus eſt. His ego auditis: mores atq; parſimoniam ratiocinãs Milonis: uolenſque me artius ei conciliare. Nihil inquam rerũ iſtarum: quæ itineris ubique nos comitantur: indigemus. Sed & balneas facile percontabimur. Plane qđ eſt mihi ſumme principium: æquo qui me ſtrenue peruexit: fenum atque ordeum: acceptis iſtis numulis tu Fotis emito. His factis: & rebus meis in illo cubiculo conditis: pergens ipſe ad balneas: ut prius aliqđ nobis cibatui proſpicerẽ: forũ cupedinis peto. Inq; eo

*Emulatio.* Emulari autem eſt imitari. & inuidere. Vnde emulatio dicit̃ imitatio uirtutis cũ laude. eſt & egritudo ſi eo quod quis concupiuerit alius potiat̃ ipſe careat.

*Photis unde.* PHOtis.apud Lucianum ancilla hoſpitis hipparchi paleſtra non inſcite appellat̃. Tanquam omnis luctæ uenerie ſcia.& grana.photis uero Apuleiana uideri põt dicta ἀπὸ τοῦ φωτὸσ quod ſignificat lucẽ. & lumen tanq̃ eſſet lucida puella & ardeſcens in uenerem. CVM fide conde.fideliter repone.

*Error luciani iterpretis.* IN illud cubiculum.Lucianus græce inquit. λὸσ κοιτῶνα.i. da cubiculum.interpres Luciani hallucinatur interpretatus da tunicam uidelicet deceptus ꝓximitate uocis & litterarꝝ. ſi quidem græce χιτων eſt tunica κοιτων uero cubiculũ.in ſignificatu autẽ tam diſtat κοιτων & χιτων quantũ hypãis ueneto diſſidet eridão.

*Prõptuarium. promos. Condus Prõptuaria cella* EX prõptuario. cellariũ ſignificat.exquo promũt̃ uſui neceſſaria a promẽdo dictũ: ſicut & ꝓmos dici uoluerũt miniſtros qui p̃ſunt cellæ prõptuariæ ut promãt de intus uſuaria.ſicut cõdos qui cõdãt auctor fulgẽtius placiades.hinc plautinũ illud ſum promus cõdus procurator peni Apuleius in apologia promũ librorꝝ elegãter uocat miniſtrꝝ a libris ſymachus prõptuariũ decenter appellat ingeniũ perinde ac repoſitoriũ Theſaurũq; doctrinarꝝ.uerba ſymachi ex epiſtolis hæc ſũt utinã mihi falſis laudibus blãdiaris cũ ais aliqđ ex noſtro deſiderare prõptuario: plautus dixit carcerem prõptuariã cellã.

*Lecyth⁹. Capaſce. Cuttus Termẽtatia.* VNctui: ad ungendũ.in balneis.n.oleo corpora perungebãt: Quod in lecytho cõtinebat̃.ſic.n.uocauerũt ampullã oleariã: quã cyprianus capſacẽ noĩat iuuenalis guttũ.cuius meminit. M.Tullius in libris de finibus: & nos ſcripſimus in libro annotationũ: loti diſtringebãt̃ ſtrigilib⁹ mox tergebãt̃ linteis q̃.M.Varro appellat termẽtaria qđ corpore terãt̃: de qbus epigrãmatarius poeta: non tã ſæpe teret lintea fullo tibi. TERſui: ad tergẽdũ plinius in epiſtolis: nã dũ diſtrĩgit̃ tergit̃q; audiebat aliqđ aut dictabat. EIdẽ uſui: ſcilicet balneatorio.ad balneare autẽ inſtrumẽtũ pertinebãt & ſtrigiles: de qbus plurima mẽtio eſt apud ſcriptores. OCIter.uelociter. SAtis arduo itinere fatigatus: Lucianus πέμπε αὐτὸν εἰσ βαλανεῖον: οὐχὶ μετρίαν γὰρ ἐλήλυθεν ὁδὸν produc inqt ipſum ad balneũ.nõ.n.paruã uia cõfecit.

*Vbique imaginũ.* ITIneris ubiq;: in oĩ itinere.ſic.n.dicimus ubiq; locorꝝ.ubiq; gentiũ: ipſe alibi dixit qđ minus frequẽs eſt ubiq; imaginũ pro in oĩbus imaginibus.

*Strenua Mors.* STREnue nauiter.& perniciter.ſtrẽua mors dicit̃ a curtio.q̃ cito cõficit.

*Ex ordeo ptiſana. Ordearii gladiatores.* ORdeũ emito: Luciãus κριθιδίων τιμὴν εἰσ τὸν ἵππον.i.preciũ ordei pro equo.græce.n.κριθὴ dicit̃ ordeũ: & ὑποκοριστικῶσ κριθίδιον quaſi ordeolũ ordeum autem quadrupedum refectibus uita tradidit: ut auctor eſt plinius iuuenalis & infundens iumentis ordea laſſis.ex ordeo fit ptiſana Hippocratis preconio celebrata.apud indos panis ex ordeo precipuus fit: & gladiatorum cognomine.qui ordearii uocabantur apparet. antiquiſſimum in cibis ordeum fuiſſe: ex quo polentam græci præcipuam conficiebant.de panibus ordeaciis meminit Galenus libro de alimentis primo.plinius ſic ait.panem ex ordeo antiquis uſitatum uita damnauit.

*Forum cupedinis macellũ. Cupedinarii.* FORVM cupedinis: numerius cupes ſiue cupedius.& Macellus conſules Romani ob latrocinium damnati actique in exilium ſunt: bona eorum publicana.& edes dirutæ: ibique edificatus eſt locus. in quo uendebantur ea. quæ ueſcendi cauſa in urbem erant allata: itaque ab altero macellum. ab altero forum cupedinis appellatum eſt. Auctores Marcus Varro: & Donatus: Alii a cupiditate forum cupedinis dici Autumant locum ubi eſculenta & poculenta uenerunt. Alii forum piſcarium hoc nomine ſignificari tantummodo arbitrantur: de foro cupedinis Feſtus Pompeius cæteri: inde cupedinarii: quorum meminit Terentius dicti omnes qui eſculenta uendunt & pocu-

lenta.Symachus forum cupedinarium appellat.Coempta ĩquit ex foro cupedinario : Cupedias Antiqui lautiores cibos nominabant.ſiue a cupiditate.ſiue a cupidinis foro.Au . Gellius in ſeptimo . atq; has undiq; uorſum indagines cupediarum maiore deteſtatione dignas cenſebimus . Idem in ſexto. Conuectabamus ad cenulam non cupedias ciborum.Sed argutias queſtionum. Marcus Tullius ut ſentit Nonius cupediam dixit pro cupeditate. Cum ait in Queſtionibus Tuſculanis . Auaritia ambitio.Mulieroſitas .Peruicatia.Ligur tio.Temulentia.Cupedia & ſi qua ſunt ſimilia :ſed quod cũ uenia Nonii dictum ſit.Cupedia dicitur a Cicerone non ſimpliciter quecunq; cupiditas. Sed opinatio uehemens de ganea . tamq̃ lautiores cibi ſint ualde expetendi.Forũ aũt a ferẽdo dictũ.quo ferũt . quæ uẽdere uelit: ubi qđ generatĩ : Additũ ex eo cognomẽ . ut forũ olitoriũ.Forũ piſcariũ . Forũ boariũ PIſcatũ oppiparẽ : Piſces copioſos & precioſos .opiparum enim copioſum ſignificat . opipare cpoioſe & abũdanter.Marcus Tullius in tertio officiorum opipare a pythio apparatum conuiuium : dicitur opiparus & opiparis.In ſecundo & tertio ordine . INDicaret : Extimaret . & ut uulgo dicitur appretiaret: utendum enim interdum eſt uulgaribus uerbis & uernaculis dictionibus ad rem dilucidandam . Iuxta græcũ uetus uerbum & peruulgatum quod ait. αμαθεστερον πωσ ειπε και σαφεστερον hoc eſt indoctius loquere & apertius.Indicare autẽ uerbum negotiationis eſt & rebus uenalibus accomodatum.Quod in mercibus diſtrahendis uſurpatur:quando ille cuius eſt merx precium facit rei quam uenundat.& in hunc ſignificatum accipiunt latiniſſimi uetuſtiſſimiq; ſcriptores : Plautus in aulularia. Venio ad macellum rogito piſces.Indicant caros.Idem in perſa indica fac precium : & mox age indica prognariter.Marcus Tullius in tertio de officiis.cum poſtulaſſet ut ſibi fundus.Cuius emptor erat ſemel indicaretur.Idq; uenditor Ita feciſſet dixit ſe pluris eſtimare : Nonius marcellus parum proſpicienter penſitauit uerbum Ciceronianum.exponens indicare pro addicere & promittere : cum non tam uendere ſignificet.q̃ eſtimare & precium facere rei uenalis:quæ res proprie pertinet ad uenditorẽ ut ipſe dicat quanti mercẽ ſuam uendat:unde ait Plautinus leno in perſa . Tua merx eſt tua indicatio eſt.ubi indicatio accipitur pro eſtimatione ac precio.& ut dici ſolet appreciatione:quæ & ĩdicatura nominatur:Plinius in prohemio.Na.hiſtoriæ:hæc fidutia operis hæc eſt indicatura. Itẽ libro nouiſſimo: neq; eſt hodie murrini alterius preſtantior indicatura.Idẽ in uigeſimo octauo ſignate ut omnia ĩquit Eadẽ ex cauſa emilyenẽ uituli quãti indicatus ſit iubẽt : Quod ſignificat quanti eſtimatus.& quautum a uenditore precium petitũ ſit:Sed ut ad Apuleium reuertamur:ſenſus eſt piſcatorem petiiſſe centum nũmos pro precio piſcatus expoſiti:quod cum immodicum Apuleio uiſum foret emit piſciculos uiliores precio uiginti denariorum : PREſtinaui.Expone emi : ut ſupra. COMmodum : Ipſo eodemq; tẽporis momento. CONtinuatur:ſubſequitur. APVD athenas atticas:Emphaticoteron.atticas dixit.uel differẽtiæ cauſa:Cum Trinæ fuerint athenæ:ab una dicti athenei.ab altera atheniẽſes.a Tertia atheneopolitæ.auctor Marcus Varro in libro de analogia primo. INuadit:Aggreditur.& in bonam partem accipitur· COMmiter:Hilare.Suauiter:benigne. MI luci: Pernomẽ apuleii eſt Lucius . quo priſci nominatim quempiam appellantes utebantur. Oratius quinte puta ant publi gaudent pernomine molles auriculæ:eos qui luce nati eſſent lucios dicebant:ſicut manios qui mane:auctor Marcus Varro in libris de Analogia.pueris non prius q̃ togam uirilem ſumerent. puellis non ante q̃ nuberẽt pernomina imponi moris fuiſſe auctores tradunt . Liber homo ut Quintilianus docet pernomen. Nomen:cognomen:tribum habet:hinc a Iuuenale dictum eſt tamquam habeas tria nomina.hoc eſt tamquam liber ſis & ingenuus.Cui ſententiæ ſubſcribit illud Auſonii tria nomina nobiliorum . Romulus & Remus conditores urbis Romæ neque prenomen ullum neque cognomen habuerunt.

piſcatũ opiparẽ expoſitum uideo:& percõtato precio: ꝙ centũ numis indicaret aſpernatus.xx.denarios preſtinaui.Inde me commodum egredientem : continuatur Pythias cõdiſcipulus apud athenas athicas meus . qui me poſt aliquãtulũ multum temporis amanter agnitum ĩuadit.amplexuſq; ac comiter deoſculatus . Mi luci ait:ſat pol diu eſt:ꝙ ĩteruiſimus te. At hercules exide

SAT pol diu : Satis longum tempus eſt : & interponit iuſiurandum pol . qnod ſignificat certe quaſi per pollucem Deum.ſicut edepol.Quod iuſiurandum ut inquit Gellius . & uiro & fœminæ commune eſt.quamuis Marcus Varro aſſeueret Antiquiſſimos uiros neque per Caſtorem neque per pollucem deierare ſolitos.ſed id iuſiurandum fuiſſe tantum fœminarum. INTERuiſimus: Quaſi ex interuallo inuiſiimus:Alias interuiſo ſignificat totum uideo . hæc enim particula inter totum ſignificat : ut ĩtercipit apud Terentium:pro totum : capit.Interbibere apud Plautum pro totum bibere.Interlegere uero agricolationis ſcriptoribus eſt poma per ĩterualla decerpere ne turba oneret parẽtem : Palladius ſi ſpiſſa poma ramos onerabũt interlegẽda ſunt queq; uitioſa . ut alimẽtum cæteris ſuccus æquiparet.

HERcules:mediuſfidius.Hercules me hercules.Iuſiurandum. per herculẽ p quẽ ſoli uiri deierãt ſicut fœminæ ſolæ per caſtorẽ:mox fuit antiquorũ Romanorũ ut pueri per herculẽ deierantes id ſub dio facerẽt nõ ſub tecto.Cauſam refert Plutarchus in problematis:qa ſcilicet herculem ferũt non umbraticã

Cupediæ
Foror nonii.
Forum:
oppipare
indicare.
indica fac pciũ.
halucinatio nonii marcelli.
indicatio
ĩdicatura
triæ athenæ.
athenei
atheneopolitæ.
lucii luce nati mãii mane.
tãq̃ hẽas tria noĩa.
ĩtuiſimus
ĩt p totũ
ĩter bibeɼ
ĩterlegeɼ.
ſub dio iurãt per herculẽ.

uitam domi egiſſe ſed foris ac ſub dio ſemper uixiſſe:uel illud potius p hanc rē occulte agitur/ne pueri
inſueſcant deierare/ſicut fauorinus exiſtimabat. hoc enim dū ſub dio progrediūtur & in propatulum.
Hercules quaſi de induſtria moram efficit:& deliberādi dat ſpatiū : præterea proditum eſt herculem cumprimis
ſemel iu religioſum fuiſſe.& ad iuſiurandum uerecundiſſimum . quippe qui ſemel in omni uita iurauerit.
rauit. CVM a uaſtio magiſtro:poſt digreſſum ex ſcola litteraria in qua fuerūt cōdiſcipuli : nūq̄ niſi in horæ
ſe Apuleium inuiſiſſe ſignificat:Vaſtius nomen eſt doctoris ſub quo in condiſcipulatu litteras græcas
didicerāt. SED quid iſtud ex cul-
tu crebroq; famulitio : quod circa
pythiam condiſcipulum uidebat
Voti gau ſic interrogat. VOTI gaudeo:Ex
deo. animo gaudeo.Te uoti compotē
Leſæ.q. factum eſſe lætor.Conſtructio pri
ſca . Ita Virgilius in.xi. Nec ueterū
memini lætor ue maloꝝ.quod ex
figura græca dictū eſſe ait ſeruius:

e Vaſtio magiſtro digreſſi ſumus. Quæ autē tibi cauſa
peregrinationis huius? Craſtino die ſcies inq̄. Sed quid
iſtud? uoti gaudeo. Nam & lixas & uirgas:& habitum
prorſus magiſtratui congruentē in te uideo . Annonā
curāus ait.& edilē gerius.& ſiqd obſonare cupis:utiq;

LIxas:modo miniſtros magiſtratui ſeruientes.Alias lixæ miniſtri ſunt militares:quorū officium eſt.
ut militibus aquam ſubminiſtrent:quam ueteres lixam uocauerunt . Vnde elixum dicimus aqua co-
ctum.Alii lixas a lica herculis puero appellatos dicunt quidam a liguriendo queſtum:Cuius gratia ex
ercitum ſequātur.apud Liuium miles gregarius ſeditionis princeps appellatur a Scipione ſemilixa
Semili quaſi ſemimācipium:nomine ſordido & ignominioſo:Quod & in ſcecūdo Suetonii cōmentario an-
xa. notauimus:Silius ait lixarū uulgus eſſe iutile marti:Lixula uero quāuis diminutiuū a lixa eſſe uidea-
Lixulæ. tur non tamē paruū lixam ſeruulumq; ſignificat:ſed ut docet.M.Varro lixule,& ſemilixulæ dicūtur cibi
ſemilixu- ex farina.Caſeo.& aqua cōmixtis uocabulo ſabino . VIRgas:quas miniſtri magiſtratuū preferunt.
læ. querit plutarchus in queſtionibus cur magiſtratuū uirge ſecuribus alligatæ preferātur : An quia ſignū
eſt non oportere magiſtratus iracundiā diſſolutam eſſe ſed cohibitam . An dum uirgæ diſoluūtur ad
plectendum interea mora & tarditate ira magiſtratus infringitur.& impetus mitigatur: ex arbore be-
tulla.quæ cādore atq; tenuitate precellit:fiebant hæ uirgæ.Ideoq; Plinius in xvi.Betullam appellat ter
Virgæ ex tibilem magiſtratuum:uirgis. HAbitum:Veſtitum.qui in magiſtratibus cōſpectior erat.& probe pe-
betulla. culiaris.ut toga pretexta:de qua ſic ait Liuius in.xxxiiii.magiſtratibus in coloniis municipiiſq; toge p̄-
textæ habendæ ius eſt.nec id ut uiui ſolum habeant tantum inſigne . ſed etiam ut cum eo crementur
Pretexta. mortui.preterea tunica palmata.& toga picta erāt cōſulum triumphantiumq; geſtamina. ANnonā
Palmata. curamus:De prefecto Annonæ ſcribit Liuius in quarto/aitq; Lucium minutium primum creatū An
Picta. nonæ prefectum.Cum fame laboraret res Romana.hic non tā ſignificatur prefectus ānonæ frumē-
Annona tarie:q̄ macelli.Annona enim non ſolum ad fruges ſed etiā ad obſonia refertur. Vnde Annonā ma-
Macelli. celli dixit Trāquillus.& a Marco Tullio ſcriptum eſt.putarem annonā in macello cariorē fore:Satyro
annona graphus quoq; licenter quidem.ſed decēter dixit.his opibus nūq̄ cara eſt annona ueneni. Ceſar in cō
ueneni. mentariis Naues annotinas uocat.quibus Annona frumētaria comportatur:Ab annona lex anno-
annoti naria dicta pertinens ad annonā.olim Clodius legem tulit annonariā:quæ ut inquit Pedianus Aſco
næ naueſ nius ſumme popularis fuit:Vegetius annonarias expēſas uocat eas frugū pabuliq; ſpeties . quas pro-
annona uinciales militibus expendunt. EDIlem gerimus.Edilitatem ſiue ut ueteres dicebant edilatum agi-
ria lex. mus.de edilibus relege.quæ ſcripſimus in primo Trāquilli cōmentario.In hoc loco ſignificatur edilis
annona is:qui edictiones edilitas habet:ad moderāda precia cibariorum:qui agoranomus dicitur:Ita enī græ
riæ expē ci appellāt prefectū fori & obſoniorum:quæ in foro uenduntur:ut iuſto ſcilicet & moderato precio di
ſæ Ago uendātur. γορα forum græcæ.& νομοσ lex. Vnde agoranomos.quaſi lex & regula fori rerumq; in
ranom⁹ foro uenalium:Plato in ſexto de legibus curatores appellat rerum uenalium eos magiſtratus . qui fo
Strateg⁹. ti uenditioniſq; curam habuerint.In hanc ſententiam eſt illud Plautinum ex captiuis:euge edictiōes
Ediles tri edilitias hic quidem habet. mirumq; adeo eſt niſi hunc fecerunt ſibi etoli agoranomum . Idem ī cur-
bunoꝝ gulione.Nec ſtrategus nec tyrannus quiſquam nec agoranomus . Vbi ſtrategus ſignificatur dux ex-
miſtri ercitus græco uocabulo.ſcribit Dionyſius alicarnaſeus ediles tribunorū miniſtros fuiſſe : eoſq; & āno-
Cereales næ forēſis.ut affatim ſuppeteret:curam habuiſſe:ſimileſq; inquit quodāmodo ſunt apud græcos ago
ediles ranomis:Pomponius iuriſcōſultus prodidit Iuliū ceſarē ediles duos cōſtituiſſe qui frumento p̄eſſent
Sacroſan & a cerere cereales appellatos.p̄erant ēt ediles cibariis quæ in popinis cocta uenduntur.ob hoc dixit
cti ediles. Seneca in libro ad gallionem de uita beata.Voluptatem iuenies latitantē ſæpius ac tenebras captan-
Obſonaī tem.circa balnea & ſudatoria ac loca edilem metuētia.Ediles ſacroſanctos & dici & eſſe Liuius feſtuſq;
Obſona notificāt. ABSOnare:legendū eſt obſonare.quod ſignificat obſonia parare . Vnde obſonatores di-
tores. cti coemptores obſoniorū:de quibus copioſe diligēterq; p̄ſcripſimus ī libro Annotationū.Dixit Sene
Polluci ca obſonatoribus noticiā eſſe ſubtilē dominici palati.apud plautū ī moſtelaria obſonare pollucibili-
biliter ter ſignificat parate obſonia lauta & copioſa:pollucibiliter idē pollet quod ſplendide & magnificen-
Polluci ter & pollucibilē cenā appellat Macrobius ītelligi uolēs lautā adiicialē eſculētam : pollucibilitas quoq;
bilis cena dicta pro lautitia & epularum magnificentia : Demiror fulgentium in mytilogiis pollucibilitatem

interpretari

ĩnterpretari humanitatē niſi forte humanitatē capit pro benignitate ac largitate:qua in apparatu cō- Polluci
uiuali uti ſolemus:Plautinū teſtioniū qd' fulgētius citat:nihil admodū fulcit roboratq; hois interpre- bilitas.
tamentū cū Plautina uerba a nobis ſint nō a fulgētio:polluctū quoq; Herculis Antiqui dixerūt ſacrifi- Error ful
ciū qd' herculi decuma data fiebat.qd' erat ſplēdidū.& pollucere eſt libamenta herculi in arā porricere. gentii.
Corrigēda ē obiter apud Macrobiū dictio mēdoſa:ſic.n.paſſin ĩ tertio ſaturnaliū ſcriptū eſt.ꝓprie autē Polluce
catilōes dicebātur.qui ad pollutū herculis ultimi catilos liguribāt. Tu illud ad pollutū imiſſa littera.c. re.

cōmodabimus. Abnuebã: quippe q iã cene affatim piſcatū proſpexeram⁹. Sed eni Pythias uiſa ſportula:ſuccuſſiſque in aſpectū planiorē piſcibus. At has quiſquilias quanti paraſti? Vix inquam piſcatori extorſimus accipere.xx.denarios. Quo audito ſtatim adrepta dextra poſtliminio me in forum cupedinis reducens. Et a quo inquit iſtorum nugamenta hæc comparaſti? Demonſtro ſeniculum in angulo ſedebat. Quem confeſtim pro edilitatis imperio uoce aſperrima increpans. Iam iam inquit nec amicis quidem noſtris:uel omnino ullis hoſpitibus parcitis? Quid tam magnis p̄ciis

lege ad polluctū.ſic eni ſignificat' Polluctū.
herculis ſacrificiū. cū pollutū dica
tur maculoſum & fedū:Catilōes Catilōes
autē.ut id quoq; Macrobii uerbū qui.
ĩtelligas antiqui guloſos appella
bāt a carne uidelicet catulia: quã catulina
eſitauiſſe hoc eſt comediſſe Ro- in cibis.
manos.Plauti fabule ſunt ĩditio
Plinius quoq; in.xxix. auctor eſt
catulos lactentes exiſtimatos eē
adeo puros ad cibū.ut etiã placã-
dis numinibus hoſtiarū uice ute
rent' his:Catulinãq; ĩ cenis deoꝝ
poni ſolitã: unde Lucilius catilo-
nē appellat piſcē lupū quaſi ligu-
ritorē & guloſum qui ſtercus ſe-
ctaretur. COMmodabimus:poteſt & qui edilis eſt facere ut minoris obſonia amicus cōparet cū ip-
ſe preſit rebus uenalibus.Plato libro octauo delegibus p̄cipit cenſoribus uenalia curæ eē.neqd uēda-
tur ematurq; pluris minoris ue q̃ lex iuſſerit:q̃ rerū uenaliū mēſuræ & p̄cia cōſtituta ſint. AFFAtim. Affatim.
copioſe admodū habundãter.aduerbiū eſt: Saluſtius in iugurta frumētū & alia oĩa q̃ uſui forēt affati
p̄bita.hãc dictionē prima acuta nō media ueteres pronūciabãt ut docet Gellius:necnō probus grãma
ticus hūc Plauti uerſum prima acuta legere ſolebat: aliorū eſt affatim qui faciant.cōiungitur ſæpe cū
genitiuo:ut apud Liuiū habetis affatim lignoꝝ. SVCcuſſiſq;:Concuſſu & agitatu eiectis. Quiſqui
lias:Verba ſūt pythie edilis.qui piſciculos uiles cōſpiciēs friuoloſq; coemptos ab Apuleio.Eos ꝗſqui-
lias appellat quaſi ſpurcicias piſcium & purgamenta.quiſquiliæ eni purgamēta dicūtur ut docet Ser- Quiſqliæ
uius in primo cōmētario georgicoꝝ.& ut auctor eſt Pōpeius feſtus.quiſquiliæ putãtur dici quicquid
ſurculoꝝ foliorūq; minutim cadit ex arboribus.uelut qcqd cadiæ.Neuius abi deturbate ſaxo quiſqui
liæ.qd eſt:Plinius uolumine ſexto decio ꝗſquiliū uocari tradit frutices paruos aqfoliæ ilicis. POST
liminio:Verbū iuris.Titulus eſt apud iuriſcōſultos de captiuis & poſtliminio reuerſis.ubi Plautus qd
ſit poſtliminiū ſciēter explicat his uerbis.poſtliminiū eſt ius amiſſæ rei recuperãdæ ab extraneo. & in Poſtlimi
ſtatū priſtinū reſtituēdæ Inter nos ac liberos oēs populos regeſq; moribus legibus cōſtitutū:Nã quod nium.
bello amiſimus aut etiã circa bellū hoc ſi rurſus recipiamus dicimus poſtliminio recipere:Idq; natura
li æquitate ĩtroductū:ut qui p iniuriã ab extraneis detinebatur:is ubi infines ſuos rediſſet priſtinū ius
ſuū reciperet:in bello & in pace poſtliminiū eſt:poſtliminio redeunt.homo nauis. mulus clitelarius.
equus.equa.q̃ frena recipere ſolet.i.domita.ut auctor eſt Boetius in cōmētariis Topicorū.Marcellus
ĩuriſcōſultus negat Arma poſtliminio reuerti.qd' turpiter amitãtur:De poſtliminio receptis copioſe
ſcribit Gallus libro primo ſignificationū:q̃ ad ius pertinēt: qd aūt ſit ip̄m poſtliminii ius pōt ex ipſius Poſtlimi
nois interp̄tatione cognoſci:poſtliminio enĩ redit.quiſquis captus ab hoſtibus ad patriã remeauerit: nio redit
Nãq; dū captiuitatē hoſtiū patitur ius ciuiū amittit.oĩa autē iura recipit ſi poſtliminio reuertatur.Itaq; Poſtlimi
poſtliminii uocabulo q̃dã reuerſio ſignificatur ut docti autumãt.qui ex aduerbio poſt uim nois iter- niū unde
pretantur:reliquam uocabuli partem protractionem ſolam & additamentum eſſe oſtendentes. tan
quam liminium nihil ſignificet.ſicuti Tullium ſupplemētum eſt in meditullio.Igitur Apuleius poſt
liminio ſcite & decenter dixit per aduerbium:quaſi reuerſionem quandam & reditum ſignificans in
forum cupedinis.de quo paulo ante ſatis multa. NVGAmenta:Quod ſupra quiſquilias.dixit.nūc Nugamē
nugamenta appellat ex uarietate elocutionis elegantiam captans. ſicut Virgilius in tertio Eneidos. ta.
nunc ſiluam.nunc uirgulta.nunc uimina.nunc arborem dicit.pro eodem.Plinius in.xyi.Nucamē- Nucula-
ta per litteram.c.appellat paniculas quaſi quaſdam dependentes ex ramis abietis.& piceæ.Verū Nu menta.
gamenta a nugis.Nucamenta a nuce inclinari uidentur. SENIculum:Senecionem.a ſene enim Senicu-
ſit diminutiuum ſeniculus & ſenecio:Afranius.Tu ſenecionem hunc ſatis eſt ſi ſeruas anus. PRO lus.
edilitatis imperio.Pro poteſtate magiſtratus.magna eſt in oratione latina uarietas huiuſce particu Senecio.
læ pro:aliter enim dicitur pontifices.pro collegio decreniſſe aliter teſtem pro teſtimonio dixiſſe.Ali- Pro.
ter pro roſtris.Aliter pro tribunali.Aliter magiſtratum pro poteſtate interceſſiſſe.Iſtam autem uarie
tatem eiuſdem quidem fontis & capitis. non eiuſdem tamen eſſe finis non in ſubtiliter differit Gel-
lius in.x.& ita facile putabit ſiquis habeat bonorum ſcriptorum noticiam celebriorem.

Lepor. ter ſimonides.alii quoq; alia ꝑdiderunt. uerũ illud de herba Sardonia tã noſtris q græcis uſurpatũ ui
detur probabilius. DE proprio lepore genuĩna & natiua urbanitate.pronunciandum eſt media pro
ducta ab eo quod eſt lepos.Catullus de uerſiculis qui tum deniq; habẽt ſalem ac leporem: ſi ſint mol
Lepidus. liculi ac parum pudici:Item eſt leporum diſertus puer ac facetiarũ.Inde lepidus dictus. quãuis Dona-
Lepides. tus lepidum qui politus eſt dici uelit:a λεπισ ideſt lamina ſiue ſquama.de quibus Plinius in. xxxiiii.
ſquamæ. Excutiuntur inquit uelut milii ſquamæ.quas uocant lepidas. LETIficum:Quod leticiá faciat. Alias
Letificũ. mortiferum.quod letum ideſt mortẽ afferat. NVmini litemus : Riſum deum propiciemus. Litare
Litare. enim proprie eſt deum:propiciare:& ſacrificio facto numẽ pinacare: Auctores Macrobius & Nonius
hinc illud Plautinum ex penulo.Tum me Iupiter faciat ut ſemper ſacrificem. nec unq litem.

DEus tantus : ſcilicet riſus. NOctis admonebat:qui adueſperaſcere iã.ac nocteſcere ſignifieabat. eſt enim uerbum uetus nocteſcere:quod ſignificat noctem fieri:& in noctis modum obſcurari. quod furius uetus poeta primus finxiſſe creditur:illo uerſu:omnia nocteſcunt tenebris caliginis atre. DIſtentus:uino ciboq; fartus ad ſaturitatem. PROſpere : lego propere:ut dicat ſe raptim & feſtiuiter allocuta byrrhena domum repetiiſſe. TItubante:lapſante uacillante nutabundo:quod proprium uinolentorum eſt:nam ut inquit ſcite & eleganter plautus.Vinum luctator doloſus eſt pedes captat primulum. DOmuitionem capeſſo : ideſt itionem ad domum capio:eſt enim dictio compoſita quaſi domus itio : ab eundo domum:non tam Apuleianum uocabulum q̃ Ciceroĩanum.Namq; ante Apuleium. Marcus Tullius in primo de diuinatione. ſic ſcripſit.Sed rhodiorum claſſi propinquum reditum ac Domum itionem dari a Martiale Domiceniũ eleganter fictum eſt uocabulũ pro eo quod eſt cenare Domi. DEtonſis:contuſis:obliſis impactis.

OB lapides: ad lapides . ob eni pro ad antiqui dixerunt:nam propoſitionem ob pro ad antiqui ponebant.& teſtis eſt ennius cũ ait. ob Romam noctu legiones ducere cepit. VAſtꝰ: uaſtis & enormibus:ac magnis: ſed cũ mediocritate. TANtillum:minimum paulumq;:aduerbium eſt: AD hoc uſq;:ideſt uſq; in id temporis momentum:Codex manu ſcriptus habet ad hos uſus.ut ſit ſenſuſ ſe eduxiſſe gladium: quem ad tales uſus paratum habuerat: & domo ſecum eduxerat. COLLVctantem:compugnantem:cõcertantemq; ac reſiſtentem. PERlutus:madens.aſperſuſq; quidam codices habent perlitus:alterum a peluor:alterum a perlinior:inflexum eſt. GErioneæ cædis:ita inquit fatigatus ſum pugna trium latronum:ſicut Hercules.Tergemini nec gerionis:geriones enim tricorpor fuiſſe fingitur:quia Tribus inſulis præfuit balearius duabus & ebuſo:aduerſus hunc terna arma mouenda:ter læto ſternendus erat:quem Hercules extinxit qui ideo fingitur ad eũ olla ærea trãſuectus eſſe:quod habuit nauem fortem.& ære munitam hiſtorici autumant ideo triplicis naturæ fuiſſe gerionem.quia fuerunt tres fratres bellatores.Robuſtiſſimi:tantæq; inter ſe concordiæ.ut uno animo oẽs regi uiderẽt.ut pro tribus unus noiaret̃ geriõis armẽta ſpecioſa illo extĩcto Hercules Diodorus.Iuſtinus.Liuius.Virgilius.Cæteri omnes.hinc plautinum illud ex genere geryonaceo.

deus tantus effluenter indueret. Poſt hæc monitu famuli mei:qui noctis admõebat : iam & ipſe crapula diſtẽtus:protinus exurgo.& appellata proſpere Byrrhena:titubante ueſtigio domuitionem capeſſo. Sed cum primam plateam uadimus:uento repẽtino lumẽ:quo nitebamur:extinguitur.ut uix improuide noctis caligine liberati:digitis pedum detunſis ob lapides:hoſpitium defeſſi rediremus. dumq; iam iunctim proximamus:ecce tres quidam uegetis & uaſtulis corporibꝰ:fores noſtras:& ſummis uiribus irruentes. ac ne præſentia quidem noſtra tantillum conterriti: ſed magis magiſq; cum emulatione uirium crebrius inſultantes: ut nobis ac mihi potiſſimum non immerito latrones eẽ: & quidem ſeuiſſimi uiderentur. Statim deniq; gladiũ: quem ueſte mea contectum ad hos uſus extuleram: ſinu liberatum arripui:nec contatus medios latrões inuado.ac ſingulis:ut quẽque colluctãtem offenderam: altiſſime demergo.quo ad tandẽ ante ipſa ueſtigia mea uaſtis: & crebris perforati uulneribus:ſpiritum efflauerint.Sic preliatus iam tumultu eo: Fotide ſuſcitata: patefactis ædibus anhelans:& ſudore perlutus:ĩrepo. meque ſtatim:utpote pugnantium latronum inuicem gerioneæ cædis fatigatum. lecto ſimul:& ſõno tradidi.

Nocteſcere.

Vinum luctator doloſus.

Domuitio.

Domicenium.

Ob ad

Ob romam.

perlitus.

Gerione tricorpor.

cur.

## LIBER TERTIVS.

### ARGVMENTVM TERTII LIBRI.

EXorto die magiſtratus cũ miniſtris Domum apuleii petunt eũq; tanquã homicidam in iudicium tradunt:Turba populi confluentis & cuncta ſtipantis deſcribitur.accuſator homicidii reum agit.Reus innocentiam ſuam tutatur:Cauſamq; agit argumentis oratoriis.inter hæc anus aduentat:tãq̃ parens necatorũ.quos iuſſu magiſtratus reuelat Lucius . ut res eẽ apparent.exoritur cachinus ĩmodicus.& ſic dei riſus celebrata cum hylaritate ſolemnia photis cauſam docet facti utricidi.Mox adhibet Lucium ſpectatorem pamphiles in auem ſe transfigurantis Vnguine magico delibutæ.qui & ipſe tali deſiderio flagrans dum in bubonem geſtit immutari per errorem pyxidis unguentariæ in aſinum transfiguratur:in calce latrociale furtum refertur:quo aſinu s cum cæteris iumentis onuſtus gazis Milonis hoſpitis abducitur.

Chrono graphia. Mythici. COMmodū:chronographia eſt.deſcribit.n.horā matutinā:qua ſolet aurora e cubili croceo ſurgens cælū inequitare almāq; lucē efferre mortalibus: mithici fabulāť aurorā bigis p cælū uehi.iuxta illud Maronianū.Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.ob id appellat Apuleius phaleras auroræ punicantes ob colorē.ſ.croceū:qui in exortu auroræ conſpiciť:nā puniceus color Ruffi coloris ſpēs eſt:quē græci φοιμικουμ uocāt exuberantiā ſplendorēque

puniceuſ color. ruboris ſignificans.auctor Gellius in ſecundo:cōmodū autē aduerbiū eſt.eo ſignificatu dictū quo antea perſæpe. ROſeū lacertū: poetica magis q̄ oratoria locutio:alludit ad epithetō auroræ: q̄ ab Homero dicta eſt Rhododactylos q̄ſi Roſeos digitos habens.talis.n. color exorientis auroræ conſpicitur.

Rhodo dactylos aurora.

AEſtus:agitatio curarū: ita Virgilius.& magno curarū fluctu at æſtu trāſlatio a maritimis æſtubus ducta. VEſpertini homicidii ſub horā ueſpertinā facti: quo .ſ.tres inſtar latronū irruentes obtruncauerat. COMplicitis pedibus:expreſſit habitu quo ſe cōformare ſolet homo anxius ſollicituſq;. IN alternas digitorū uiciſſitudines:ſignificat digitos pectinatim iunctos.de quibus plinius in.xxviii. ſic ſcribit aſſidere grauidis.uel cū remediū alicui adhibeatur digitis pectinatī inter ſe ſe amplexis ueneficiū eſt: idq; cōptū tradūnt alcumena Herculē pariente peius ſi circa unū amboue genua ītē poplites alternis genibus īponi:ex hac pliniana ſententia iā ſatis liquet.id qđ ab Ouidio nō minus ſcite q̄ decenter dictū eſt libro

Digiti pe ctinatim iuncti.

Commodū punicātibus phaleris:aurora roſeū quatiens lacertū:cælum inequitabat:& me ſecuræ quieti reuulſū:nox diei reddidit.æſtus inuadit aīum:uel ueſpertini recordatiōe facinoris.Cōplicitis deniq; pedibuſ: ac palmulis in alternas digitoꝝ uiciſſitudines ſuper genua cōnexis. ſic grabatū coſſin inſidens ubertim flebā.iā foꝝ & iudicia:iā ſententiā ipſū deniq; carnificē imaginabundus. An mihi quiſq̄ tā mitis tāq; beniuolus iudex obtinget:qui me tetre cædis plitū cruore:& tot ciuiū ſanguine delibutū: innocentē pronunciare poterit?Hanc illā mihi glorioſā peregrinationē fore chaldeus Diophanes. obſtinate prædicabat.Hic idētidē mecū replicās:fortunas meas heiulabā quati fores īteri:& frequenti clamore ianuæ nr̄æ pſtrepi.nec mora cū magna irruptiōe patefactis ædibus:magiſtratibus eorūq; miniſtris:turbæ miſcellāæ cūcta cōpleta.ſtatīque lictores duo de iuſſu magiſtratuū īmiſſa manu trahere me:ſane nō renitentē.ac dum primum

Digitis pectine iunctis. nono Metamorphoſeos.dextroq; eſt poplite leuū pſſa genu digitiſq; īter ſe pectie iunctis ſuſtinuit partus:dixit poeta digitos pectie iunctos qđ plinius pectinatī īter ſe amplexos:& nunc Apuleius ī alternaſ digitorū uiciſſitudies cōnexas māus. COſſin īſidēs:pro ī coxas ſedēs aduerbiū eſt dictū.quaſi coxin

Coſſin ſedentes .i.ī coxas pōponius.hoc ſciunt oēs quātū ē q coxin cacāt hoc geſtu ſutores ſarcinatoreſq; ſedere ſolent ad hoc referri pōt plautinū illud.quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. VBERti:large & habundāter.ſic Catullus uberti thalami quas ītra limia fundūt. IMAginabundus:imaginatiōe. & mentis

Vbertim uiſiōe cōſpiciēs. AN mihi qſq̄:hæc iqt aīo meo uolutabā.me cūq; ruminabar. PERlitū:īſperſū:per

Delitum fuſūq;:a plino naſciť plitū:ſicut a delino delitū.ab oblino oblitū:ſublino ſublitū:Cicero tuli moleſte q̄

Interlitū. litteræ delitæ ſūt a te mihi redditæ.idē ī uerrinis.Tabulæ ſunt ī medio:q̄ ſe īterlitas & oblitas eē clamāt.

Dilibut⁹ unguēto DElibutū:madētē ecōtrario dicimus unguēto delibutū.p unctū.Vnguentūq; ſolinus nā & proconſul africæ flauianus impator eū cōtigit unguentis & delibuit dixit Terētius ī phormiōe ſati eſt.ſi te delibutū gaudio reddo ubi ſcite exponēs Donatus īqt ad aīum tranſtulit:qđ eſt corporis.nā delibutus unctus diciť. PROnunciare:uerbū forenſe ē:nā pprie iudices pnunciare dicūť.cū ſentētiā dicunt:Quitilianus ī quarto niſi forte etiā tā hebes futurus ē iudex ut ſecundū id pronunciet qd ſciet narrare te uoluiſſe. HIC idētidē:hæc frequēter. EIVlabā:cū eiulatu & lamētatōe proſequebar:eiulatū & eiulationē dixerūt gemitū flebilē.eiulatus:ut īqt.M.T.ī ſecunda Tuſculana ne mulieri qdē cōceſſus eſt: & hic nimiꝝ ē fletus:quē.xii.tabulæ ī funeribus adhiberi uetuerunt:quē leſſū uocāt:ſuper quo ī ſecundo cōmētario tuſculanaꝝ q̄ſtionū copioſe ſcripſi:unde & ab Oratio dictū ē ī epodo:hic & illa nō uirilis eiulatio. Quati:quatiunť:ſiue quatiebāť.tēpus pro tēpore frequens apud auctores elocutio. PERſtrepi:perſtrepunť ſine perſtrebanť. TVRbæ miſcellaneæ:miſcellanā turbā eleganter uocat īdiſcretam apparitoreſq; magiſtratuū.qui colluuione uariarum gentium commixti eſſe ſolēt.Au.Gellius miſcellam doctrinam nuncupat oppidoq̄ decenter:quæ multifaria eſt:& ex mixtura multiiugarum diſciplinarum quaſi confuſanea.De miſcellis ludis apud Tranquillum in quarto cōmentario ſcriptum leges ad quos referendū eſt illud ſatyrographi poetæ:ſic ueniunt ad miſcellanea ludi .M. Varro miſcellum appellat genus columbaꝝ:qđ ex agreſtibus columbis & domeſticis mixtū ē: qdē codices habēt turbæ miſelaneæ nomine a miſeria ducto:miſera enim & miſella & conſequenter miſellanea eē ſolet turba

Delibut⁹ gaudio. pronunciare. Eiulatus. Eiulatio. Leſſum Miſcellane turba. Miſcella. doctrina. Miſcellanea.

eorum

eoꝝ q̄ apparēt ac p̄sto sūt iuridicis magiſtratib⁹:q̄les hoc quoq; tp̄e p̄toꝝ familiæ cōuiſunt̄:Fumidæ.ſ.
& pānoſæ & ex miſeriæ gurguſtio erutæ.miſellæ uuæ dicūt̄ Catōi.& Varrōi ꝓ nigris.Trahere:trahūt.
uel trahebāt. ANGIportū:Quod exitū nō hēt ac puiū nō ē angiportū appellarūt.Ab angēdo & portu
ut iterp̄tat̄.M.Varro.ſentētiæ uarrōiane aſtipulat̄ illud Terētianū ex adelphis. id qdē angiportū nō ē
puiū.Vbi Dōat⁹ angiportū expōit ꝓ anguſta & curua uia. Alii qđ iter portus ſit locus anguſtus hoc ē
iter domos:q̄s portus ueteres dixerūt. IMMO ad ipſos īferos:Correctio ē.p hyperbolē:q̄ cūcta uero

angiportū inſiſtimus:ſtatim ciuitas omnis in populū effuſa:mira denſitate nos inſequitut. Et q̄q̄ capite ī terrā: īmo ad ipſos inferos: iā deiecto:mœſtus incederē: obliquato tamē aſpectu:rē āmirationis maximæ cōſpicio: Nā īter tot milia populi circūſedentis:nemo prorſus qui non riſu dirūperetur:aderat. Tandē pererratis plateis omnibus:& in modū eoꝝ:qui luſtralibus piamentis:minas portētorū hoſtiis circūforaneis expiāt: circunductus angulatim forum eiuſq; tribunal adſtituor. Iāq; ſublimo ſuggeſtu:magiſtratibus reſidentibus:iā p̄cone publico ſilentiū clamāte:repēte cūcti conſona uoce flagitāt propter cetus multitudinē:q̄ preſſuræ nimia denſitate periclitaretur: iudiciū tātū theatro redderetur. Nec mora cū paſſim populus procurrens: caueæ cōſeptū mira celeritate cōpleuit. Aditus etiam & tectū oē fartim ſtipauerant. Pleriq; colūnis īplexi. Alii ſtatuis dependuli. nonnulli per feneſtras & lacunaria

maiora facit:nam correctio exor
natio ē.q̄ pro eo qđ dictū ē:Id qđ
magis idōeū uidet̄ repōit. q̄ ut li
bro.iiii. Rhetoricorū ad herēniū
tradit̄.rē facit īſigniorē. LVſtra
lib⁹ expiamētis: ſignificat ſe circū
ductū fuiſſe p angulos oīs: ſicut
hoſtiæ circūduci ſolēt ī āburbiali
ſacrificio & ambaruali:qn̄.ſ.urbs.
agriue luſtrant̄. Nāq; ambaruale
ſacrificiū id appellauerūt.qđ arua
ambiat uictīa: de quo ītelligi uo
luit poeta ī georgicis illo uerſu.
terq; nouaſ circū fœlix eat hoſtia
fruges. fieri aūt ſæpe cōſueuerat
de porca fœcūda & grauida:por
tius Cato hoc ſacrificiū ſignat cū
p̄cipit.qd facere debeas ſi agrū lu
ſtraueris.ubi ſollitaurilia circum
agi ſolita docet. & porco p̄cipue
fundū luſtrādū expiādūq;: cuius
uerba p̄catoria ſūt hæc ad deū.uti
uiduertatē uaſtitudinēq; calāita
tes ītēperiaſq;.ꝓhibeſſis.defēdas
auerūceſq;:ubi uiduertas ſignificatur calamitas.ex eo dicta ꝙ bonis uiduet:ſicut Auerūcare ſignificat
auertere.ꝓpulſare.depellere.uñ & auerūcus deus dictus ꝙ mala auerūcaret hoc ē auerteret abigeretq;
ſup quare ī notis ſeruii ſcripſimus.nō īdiligēter.Amburbale uero ſiue amburbiū dicit̄ ſacrificiū qđ ur
bē circuit & ambit uictima.Lucāus amburbiū ſignat cū ſic inqt in primo pharſaliæ. Mox iubet & totā
pauidis a ciuibus urbē ambiri.& feſto purgātes mœnia luſtro:hinc piamēta luſtralia dicunt̄ q̄bus ex
piatoriis luſtramus.i.expiams agros urbeſq;.luſtrare eni expiare ē.Vñ & luſtratus.ꝓ expiatus.Liuius
ī primo luſtrale ſacrificiū refert:apud Pliniū luſtrata urbs ſæpe & luſtratū capitoliū.Luſtralia uero exta
apud Virgiliū & Statiū ſignificātur pinguia:moris.n.fuerat.ut grāmatici annotauerūt cōpleto luſtro
.i.quinquenali tēpore uictimas ſacrificari.i.pfecte ætatis.& ob hoc pīgues.Homerus quoq; dixit. βο
υμ πεμταετηρομ.i.bouē quinquenalē quē luſtralē uocāt. MINas portētoꝝ:qcqd diri portēta minā
tur.ac denunciāt. HOſtiis circunforaneis:circunforaneæ hoſtiæ dicuntur nō tā q̄ circum fora & cō
ciliabula ducuntur.q̄ q̄ circum agros & urbes in ambaruali amburbaliue ſacrificio circūducunt̄ circū
agunturue.a circūferendo dictæ.M.Tullius ī oratione ꝓ cluētio.pharmacopolā uocat circūforanum
qui circuit fora.& circūagitur.quales cōpluſculi ī noſtro foro quotidie cōuiſuntur hoīes.ſ.nugatores
īpoſtoreſq;.Itē Hieronymus.Garulum neſcio quē rumigerulum circūforaneum. ANGVlatim:Per
omnes angulos.aduerbium eſt ea forma factum:qua oppidatim.uicatim.regionatim.q̄ ſignificant
per oppida per uicos.per regiones.templatim dixit Tertullianus quaſi per templa. ASTItuor: ad
tribunal iudiciale ſiſtor ſtatuorq;. SVGGEſtu:Pulpito. SILENtium clamante:Plautus in penu
lo exurge p̄co.fac populo audientiam:nam dicere ſolet p̄co. ſilete & tacete atq; animum aduortite.
PREſſuræ:Preſſionis ſuſtentatiuum eſt.ſic Lucanus.Coricii preſſura croci. PERIclitaretur:Hi
ſtorici ꝓdiderunt Clodiam appii ceci filiam iactatā & male habitā eſſe turba undiq; cōfluentis conflu
ctuantiſq; populi ī theatro.quin & ad cæſaris dictatoris ſpectacula tātum undiq; cōfluiſſe hominum
fertur.ut pre turba eliſi exanimatiq; plurimi ſint. CAueæ cōſeptum: Theatri conſeſſum ſignificat.
Cauea eni in theatro eſt.ubi ſpectat populus.ut docet Seruius ſup illud Virgilianum.cōſeſſu caueæ
magnis circenſibus actis.Plautus in amphitrione.eant per totam caueam ſpectatoribus.alias cauea
dicitur ſeptū.quo Animalia incluſa continentur.Idē Plautus in curgulione.quia eni in cauea ſi forēt
incluſi.Itidē ut pulli gallinacei.Plinius auctor ē auguſtū oſtēdiſſe tygrim Romæ in cauea māſuefactā
cauea theatri ſcauri.eodem teſte cœpit hominum.lxxx.milia. FARtim:Confertim.ſtipatim.a far
ciendo deriuatū aduerbiū. COlumnis īplexi:Euidentia eſt ſiue repreſentatio: q̄ græco uocabulo di
citur enargia.res enim ita clare deſcribitur.Ita tota imago uerbis quaſi depingitur:ut cerni uideatur.

Miſellæ uuæ.
Angiportum.
Domus portus.
correctio
Ambaruale ſacrificium
Verba catonis.
Viduertas.
Auerun care.
Auerun cus.
Amburbium.
Piaméta luſtralia.
luſtratus
Luſtralia exta.
Circūforaneæ hoſtiæ.
Pharmacopola circūforanus.
angulatī tēplatim.
Preſſura.
Clodia conflictata turba.
Cauea.
Fartim.
Euidētia energia.

SEMIcōſpicui: Expreſſit ſignificāter ac decēter id qđ ī ſpectaculis fieri uidemus. ut. ſ. dimidiati hoīes. & ut hic noſter ait ſemicōſpicui ex feneſtris appareāt: uiſendi ſtudio interdū piclitātes. PROſcæniū: Locū q eſt ante ſcænā p̄ſcæniū dixere: quaſi an te ſcænā: auctor Diomedes. ex p̄ſcenio actores fabulas agebāt. PVBlica miniſteria: Publici miniſtri. quales ſūt apparitores. lictores & accenſi. Apud lacedemonios Elotæ uocabāt publica famulicia: apud theſſalos peneſtiæ. de qbus Plutarchus Ariſtoteles. Dionyſius. ORcheſtræ: Locus ī theatro ex quo ſenatores & legati honoratiorū gētiū ſpectare cōſueuerāt: De orcheſtra affatim ī Suetonii cōmētariis.

(Proſcænium. Elotæ. peneſtiæ)

ſemicōſpicui: miro tamen oēs ſtudio uiſendi picula ſalutis negligebāt. tūc me p̄ proſcæniū mediū: uelut quādā uictimā: publica miniſteria perducūt. & orcheſtræ mediæ ſiſtunt: ſic rurſū p̄conis amplo boatu citatus accuſator quidā ſenior exurgit. & ad dicēdi ſpaciū uaſculo quodā inuicem coli graciliter fiſtulato: ac per hoc guttatim defluo infuſa aqua populum ſic adorat. Neque parua res: ac præcipue pacem ciuitatis cunctæ reſpiciens: & exemplo ſerio profutura tractatur Quirites ſanctiſſimi. quare magis congruit ſedulo: ſingulos atque uniuerſos uos pro dignitate publica prouidere ne nefarius homicida: totam ædium lanienam quam cruenter exercuit: impune commiſerit. Nec me putetis priuatis ſimultatibus inſtinctum: odio proprio ſæuire. ſum nāq; nocturnæ cuſtodiæ p̄fectus. nec in hodiernum credo queq̄ peruigilem diligētiam meam culpare poſſe ſrem denique ipſam. & quæ nocte geſta ſunt:

BOatu: Sonitu. & clamoſa uoce. boare enī clamare eſt: unū uerbū ductū eē autumāt etymologici a uerū boando hoc eſt uerū ſonādo. Virgilius reboāt ſiluæq; & magnus olymp⁹. dixit p̄ reſonant. reſultant. remugiūt. M. Varro a boue boātes dici tradit. alii a uerbo græco deducūt: p̄cones aūt ſolēt & debēt eſſe. μεγαλο φωροτατοι. i. uocaliſſimi & uoce ſonātiſſima boātes: unde a p̄canēdo. i. ualde canēdo noīati. VAſculo quodā: Clepſydrā ſignat. ē autē clepſydra uaſculū uitreū. p qđ guttatī defluit aq̄ īcluſa. ſtillicidioq; exhaurit̄. noīe ducto. αποτου ελεπτειμ qđ ſignificat furari. & abſcondere. και το υλορ. i. aquā cōſimilia clepſydris ſūt uaſcula illa apud nos uſitatiſſima: q̄ ſpacia horaria metiūtur puluiſculo p foramē anguſtū minutatī delabēte. Tale ē illud: qđ affabre factū & ex argēto p̄cioſū nuprime ad me miſiſti dono munifice antiſtes: q ut cæteris uirtutibus fulges. Ita liberalitate quoq; clariſſimus es: & p̄fecto nihil pæq̄ exornat extollitq; opulētos antiſtites q̄ munificētia: qua hoīes diis ſimillimi efficiūt̄ qua cūctis mortalibus fiunt amabiliſſimi. qua litterati p̄cōes excitāt̄. ſed ad p̄poſitū: apud ueteres actoribus cāꝝ forēſiū p̄ſcribebat̄ orādi tēpus datis clepſydris. qbus exhauſtis amplius dicere uetabant̄. qđ īſtitutū dānat Plinius ī epiſtolis ſcribēs paucioribus clepſydris cās p̄cipitari. q̄ antiqtus pluribus diebus explicabant̄ illa īcrebruit paſſim inualuitq; cōſuetudo binas uel ternas clepydras īterdū & dimidias. & dādi & petēdi: Itē alibi. dixerā horis pene qnq;. nā tribus clepſydris. quas ſpacioſiſſime accœperā ſūt additæ quatuor: clepſydrā ut īqt Seneca. ñ extremū ſtillicidiū exhaurit: ſed qcqd āte defluxit. relege q̄ ſcitu digna ānotauimus ī ſecūdo cōmētario Tuſculanarū ſup clepſydra. ſenſus Apulei ē. accuſatori definitū dimēſūq; eē dicēdi ſpaciū: ad modulū uaſculi aquarii hoc ē clepſydræ: ut. ſ. tātiſp oraret dōec efflueret aqua. cui⁹ exhauſtu actio finiret̄. INuicē coli: Cola uaſa ſūt lintea a colādo dicta. pq̄. ſ. uinū defluēs p̄colatur. Virgi. colaq; p̄loꝝ fūoſis deripe tectis. Martialis. Frigidior colo nō ſalit unda tuo. Idē colū uinariū celebrat ī apophoretis. figurat̄ aūt colū. a ſūmo patulū & ſatis latū. ī imo āt faſtigat̄ ī acutā graciliitatē: q̄ſi in metæ modū. Tali figura dicit fuiſſe uaſculū. qđ accuſatori datū ē. ad tēpus dicēdi p̄finiēdū. GVttati: p guttas cūctāter fluētes & q̄ſi p ſtillicidiū. ADOrat: alloqt̄. adorare apđ ātiquos ſignificabat agere. Vñ & legati oratores dicti qa mādata agūt. Quirites: Ex more romano ſūptū. Vbi Oraturi ad populū qrites appellitāt. ut ī oratiōib⁹ Cicerōis ſæpiſſime: ſic pſius. qd deīde loqre qrites. Quiritare dr̄ is q qritū fidē clamās īplorat: ut qritare urbāoꝝ ē ſic iubilare ruſticorū. TOtā ædiū lamē: Mēdoſus locus & deformatus. q ī priſtinā elegātiā ſic reformari pōt. Tot cediū lāienā. hoc ītellectu ut dicat accuſator p̄uidēdū eſt. ne Apuleius. ut pote nefarius hōicida īpūe cōmiſerit lanienā. i. laniatū ſæuitiāq; triplicis cedis: ē. n. laniena locus ubi caro uēdit̄. ut docet Varro. qn etiā accipit̄ p laniatiōe īpa & trucidatione. uidetur laniena a laniando dici. unde & lanii ſiue laniones. qui laniant pecora. & laniſtæ: q laniandis p̄ſunt gladiatoribus. legato lanionis inſtrumēto menſæ: pondera. ferramēta. & alia quoq; quæ laniādæ carnis cauſa parata ſunt cōtineri docet Plautus iuriſcōſultus: Nefarius dicitut ſceleratus. a farre quo ſcelerati uti nō debeāt: hinc qui indigni ſunt qui uiuant nefarii uocantur. auctores. M. Varro. & Nonius. De nefario ſic ſcribit Aſconius. nefariū eſt. quod ſacra polluit farre pio ſolita celebrarii. Ergo nefarii ſacrilegi. SIMVLtatibus: Inimicitiis & odiis: ſimultas dicta eſt ex contrario quia minime ſunt ſimul interquos odium eſt. poteſt & a ſimulatione dicta exiſtimari. quia ſimulata locuntur adinuicem. NOcturnæ cuſtodiæ præfectus: Ex diſciplina militari. idonei & probatiſſimi eliguntur. qui uigilias nocturnas circūeant: & renuncient ſi qua emerſerit culpa: quos circuitores appellabant: At nunc

(Boare unde. Præcōes uocaliſſimi. Clepſydra. Horologiū munus Archiepiſcopi colocenſis. Cola. uaſa. Adorat. Quiritare. Laniena Lanii. Laniſtæ. Nefarius ſimultas)

auctore Vegetio militiæ factus ē gradus.& circitores uocatur.apud iuriſcōſultos ſcriptū legimus triū uiros nocturnos eē ab eo qđ excubias agebāt nocturnos dictos.hoſce oīs nocturnæ cuſtodiæ præfectos itelligere merito poſſumus. Fuit & pfectus uigilū.de cuius officio titulus ē libro prīo Digeſtorū: ad quē ptinet qſtio de urbis cuſtodibus.q p totā noctē uigilare debet.& coerrare calciatus cū armis & dolabris. CVM fide perferā:Oratio ē ex pceptiōe Rethorica Oratoriis numeris cōpoſita:nā poſt exordiū ſubiūcta narratio ē:q ut Rethorici Doctores pcipiūt debet eē dilucida breuis & ,pbabilis. TERtia uigilia:Vegetiuſ & modeſtus tradūt uigilias nocturnas in quatuor partes diuiſas fuiſſe:ut non amplius q̄ trib⁹ horis nocturnis neceſſe ſit primos uigiles uigilare:a tubicie oēs uigiliæ cōmittūť & finitis horis a tubicine reuocatur.Apud hiſtoricos freqūēs mētio eſt.de Prima. Secūda Tertia. Quarta uigilia: Hieronymus in expoſitiōe Pſalmoꝝ.nox inqt in quatuor uigilias diuidiť.q̄ ſingulæ triū horarū ſpacio ſupputātur. apđ Lucanū ſecūda uigilia ſigniſicať illo uerſu tertia iā uigiles cōmoueret hora ſecūdos. & hæ uigiliæ Caſtrenſes noiant.Plinius l.x.de gallis loquēs ſic iqt. cū ſole eunt cubitū. Quartaq; Caſtrenſi uigilia ad curas laboreq; reuocāt hic p tertiā uigiliā ſignificať tempus id qđ a media nocte mox incipit. HOſtiatim:Quaſi p ſingula hoſtia.Quintilianus.Eloquētia hoſtiatim petēda. MVcrōe diſtricto Educto gladio.proſa Oratio mucronē ,p gladio.& tectū ,p domo recipit auctore Quintiliano.,pprie aūt mucro ē cuſpis teli.hinc dixit Seruius cuſpidē abuſiue poſuiſſe Virgiliū ,p haſtæ mucrone:hinc mucronatū deriuať.,p eo qđ eſt acutū.& mucrōis habēs effigiē.Plinius libro.xxxii.ſcribit īter piſces xiphiā id eſt gladiū roſtro mucronato eē:a quo naues perfoſſæ mergūtur i oceano. INterēptos.Repete uerbū illud cōſpicio zeugma eſt a ſupiori. PRAEſidio tenebrarū:Conſimiliter Virgilius. Denſenſi tenebris & dono noctis opacæ. PERpetē:Perpetuā.ac totā.ppetē ,p ppetuo dixerūt ueteres & annotāt grāmatici:pacuuius. fac ut cœpiſti hāc operā mihi perpetē oculis traxerim. NIHIL impunitū nocētibus:Verbū uetus ē deos iratos pedes lanatos habere.qa nōnūq̄ tarde ueniunt nocētibus. hinc illa apud Valeriū uulgata ſententia.Lēto gradu ad uindictā ſui diuina ,pcedit ira. ex quo ſatis liquet deoꝝ ,puidētiā nocētes nunq̄ ipunitos dimittere.& ſi iterdū ſero puniāt:ideoq; ſcripſit Oratius raro antecedētē ſceleſtū deſeruit pede pena claudo.Ceſar quoq; in cōmētariis auctor ē cōſueſſe deos imortales.quo grauius hoīes ex cōmutatione rerū doleāt:quos ,p ſcelere eoꝝ ulciſci uelint his ſecūdas iterdū res & diurnā ipunitatē concedere.græce προνοια dicitur prouidentia deorū.qua ſtoici dicūt cuncta regi: prouerbiū græcoꝝ eſt. εισ θεωρ ωταν λθερ.i.ad aures deorū uenit qđ dicitur de hoībus q nō latēt deos in ſuis actionibus.

CLANdeſtinis itineribus:Occultis & deuiis.clandeſtinū penultima longa enūciandū eſt.ut ſilius ſtāliuſq; notificāt. MANE pſtolatus:Matutinā aurorā expectans. pſtolari.n.ē expectare uel manere:alias pſtolari eſt.pſto eſſe.& apparere:hoc eſt obſequi.ut docet Donatus.cōiungitur cum datiuo.& ablatiuo.Terētius quē pſtolare parmeno.M.T.qui tibi ad forū aureliū pſtolentur. IMpiatū: Pollutū.maculoſumq;. REVM:Epanaphora eſt.ſiue anaphora.quā noſtri repetitionē dicūt.ſiue relationē:q̄ fit quotiens per ſingula mēbra.eadē pars orationis repetiť hoc modo.uerres calumniatores apponebat.Verres de cauſa cognoſcebat:uerres pronūciabat.auctores Martianus.Diomedes.&.M.T. in Rhetoricis ad hereniū. PEREgrinū:tāq̄ peregrino minus fauēdū ſit q̄ ciui:& alienus conſtanter dānari debeat:nā ut docet.M.Tullius in primo de officiis.propior eſt ſocietatis gradus eiuſdē nationis & linguæ.arctior uero colligatio eſt eiuſdē eē ciuitatis:hinc ſcribit Plinius in.xxxyi.agoracritū pariū & alchamenē athenienſem phidiæ diſcipulos inter ſe ambos certauiſſe in uenere facienda: uiciſſeq; alchamenē nō opere ſed ciuitatis ſuffragiis cōtra peregrinū Ciui ſuo fauētis.atqui peregrinos tamen deſpicere nō debemus:quinimo ut præcipit Plato.libro.yiii.de legibus: peregrini uiginti ānos in aliena ciuitate permaneant artium aliquā exercentes.ſine uectigalium ſolutione:cū autē.xx.anni exacti fuerint: accipiat rem ſuam & abeat: Lex quoq; moſayca præſcribit allophylos ſic enim græco uocabulo peregrini dicuntur.non eſſe uexandos:nam & uos inquit peregrini fuiſtis in alieno ſolo.

cū fide pferā.Nā cū fere iā tertia uigilia ſcrupuloſa diligētia cūctæ ciuitatis hoſtiatim ſingula cōſiderās circūirē:cōſpicio iſtū crudeliſſimū iuuenē mucrone diſtricto paſſim cedibus operātē.Iamq; tris numero ſæuitia eius interemptos:ante pedes ipſius ſpirātes adhuc corporibus in multo ſanguine palpitātes. & ipſe quidem cōſciētia tāti facinoris merito permotus:ſtatim profugit.& in domū quādā pſidio tenebratū elapſus:perpetem noctem delituit. Sed prouidētia deum: quæ nihil impunitum nocentibus permittit: prius q̄ iſte clandeſtinis itineribus elaberetur:mane præſtolatus: ad grauiſſimū iudicii ueſtri ſacramētum.eum curaui perducere.habetis itaque reum tot cedibus impiatum.reum corā deprehenſum.reum peregrinū.Conſtāter itaque in hominem alienum ferte ſententias de eo crimine: qui etiam in ueſtrum ciuem ſeueriter uindicaretis. Sic

Circitores. Vigiliæ nocturnæ quatuor. Hoſtiatī. Mucro. Mucronatum. Xiphias. Perpetē pro perpetuum. Deos habere pedes lanatos. pſtolari. Epanaphora Relatio. Atheñ.fauept ciui cōtra peregrinū allophyli

profatus accuſator acerrimus ĩmanẽ uocẽ repreſſit. Ac me ſtatim p̃co ſi quid ad ea reſpõdere uellẽ: iubebat incipere. At ego nihil tũc tẽporis amplius q̃ flere poterã. Nõ tã hercules truculẽtã accuſationẽ intuẽs: q̃ meã miſerã cõſcientiã. Sed tamẽ oborta diuinitus audacia: ſic ad illa. Nec ipſe ignoro q̃ ſit arduũ: trinis ciuiũ corporibus expoſitis: eũ q cædis arguat: q̃uis uera dicat: & de facto cõfiteatur ultro: tñ multitudini tãtæ q; ſit innocẽs pſuadere. ſed ſi pauliſper audiẽtiã publicã mihi tribuerit humanitas: facile uos edocebo me diſcrimen capitis: nõ meo merito: ſed rõnabilis ĩdignationis euẽtu fortuito: tãtã criminis inuidiã fruſtra ſuſtinere. Nã cũ a cœna me ſerius aliquãto reciperẽ: potulẽtus alioquin: qd̃ plane uerũ crimẽ nõ diffitebor: ante ipſas fores hoſpitii: ad bonũ aũt Milonẽ ciuẽ ueſtrũ deuorto. Video quoſdã ſeuiſſimos latrones adytũ tẽptantes: & domus ianuas cardinibus obtortis euellere geſtiẽtes: clauſtriſq; oĩbus: q̃ accuratiſſime adfixa fuerãt: uiolẽter euulſis: ſecũ iã de inhabitãtium exitio deliberãtes. unus deniq; & manu prõptior: & corpore uaſtior: his affatibus cæteros incitabat: heus pueri q̃ marib⁹ aĩs & uiribus alacrib⁹ dormiẽtes aggrediamur. Oĩs cõtatio ignauia oĩs faceſſat e pectore: ſtricto mucrõe p totã domũ: cedes ambulet. qui ſopitus iacebit: trucidetur: qui repugnare tẽptauerit: feriatur. ſic ſalui recedemus: ſi ſaluũ ĩ domo neminẽ reliquerimus. Fateor quirites extremos latrões boni ciuis officiũ arbitratus: ſimul eximie metuens & hoſpitib⁹ meis & mihi: gladiolo: q me pp hmõi picula comitabat: armat⁹: fugare: atque proterrere aggreſſus ſũ. At illi barbari prorſus & ĩmanes hoĩes: neque fugã capeſſunt. & cũ me uiderẽt ĩ ferro: tamẽ audaciter reſiſtũt. dirigit̃ pliaris acies. Ipſe denique

**Status iuridicialis** **Intentio** **Depulſio** NEC ipſe ignoro: Defenſio eſt: cuius ſtatus ſiue Cõſtitutio iuridicialis ſiue qualitatis nũcupat̃: nõ eni factũ qd̾ obiicitur negat. ſed id iure factũ eẽ demõſtrat: ut ĩ cã oratii ſororicidæ intẽtio accuſatoris: eſt ſororẽ occidiſti. depulſio defenſoris: occidi: ſed iure occidi. q̃ſtio eſt nũ iure occiderit: inſidiatorẽ autẽ cũ occidere fas ſit: & qd̾ quiſq; ob tutelã corporis ſui fecerit id feciſſe iure exiſtimetur: tris a ſe inſidiatores iure cæſos argumẽtat̃. Orditur aũt a pronoĩe: quoniã magna uis ẽ in pnominibus. EXPOſitis: neci datis: ſenſus aũt eſt: ſcio eẽ difficile eũ: q cõfiteat̃ crimẽ de quo arguit̃: uelle tamen pſuadere ſe ſe eẽ innocẽtẽ. AVdientiã. Ita Plautus exurge p̃co fac populo audientiã. EVENtu fortuito. Cædes eni illoꝝ triũ fortuito nõ cõſulto fuerat ppetrata.

**A cœna.** A Cœna: Foris eni apd̃ byrhẽnã cœnauerat. ut ſuperius demonſtrauit. Elocutio pliniana ẽ. a cœna a cibo. a ſomno. pro eo quod ẽ poſt cænã. poſt cibũ. poſt ſomnũ. de ui & ſignificatiõe huius particulæ a ſup Suetoniũ affatim. SErius. hora ſeriore tardioreque.

POtulentus: Vinolẽtus & bene potus apud plautũ uitio uini atq; amoris noxã cõmiſſam purgat. VErũ crimen. Nõ negabo inquit me ebriũ temulẽtũq; fuiſſe.

**Deuorto** **Deuortor.** DEuorto: Dicimus deuortor. & deuorto ĩ eodẽ ſignificatu nã & deuortor ĩ p̃terito actiuã habet declinationẽ deuerti: ut docet phocas. uerbũ aũt eſt proprie hoſpitale. Plautus in pſeudolo. Ego deuortor extra portã. In tabernã tertiã. Itẽ ĩ trinumo inſanũ eſt & malũ in hoſpitium deuorti ad cupidinẽ. M. Tullius ĩ ſecũdo rethoricoꝝ quare cũ in quãdã tabernã deuortiſſent ſimul cœnare & in eodẽ loco ſomnũ capere uoluerũt. GEſtientes cupiẽtes:

**Geſtire.** geſtire eni mõ cupe ẽ: alias lætũ eſſe. CORpore uaſtior: maior

**Vaſtum.** enormior horrẽtior: uaſtũ eni dicitur magnũ horrẽs. & ferox. ue

**Vaſteſcere.** tus uerbũ eſt uaſteſcere. qd̾ ſignificat deſertũ & uaſtum fieri. uaſticies & uaſtitudo & uaſtitas pro horrore & deſolatiõe & cõtagio accipiuntur apud ſcriptores idoneos. AFFAtibus. alloqo & uerbis: q̃ magnũ pſæpe hñt ĩcitamẽtũ ĩ utrãq; partẽ tã ad ſcelus capeſſendũ: q̃ ad uirtutẽ pcolẽdã: Oratius hortari cœpit eũdẽ uerbis: q̃ timido quoq; poſſent addere mẽtẽ. MARIbus animis: maſculis & plane uirilibus. CVNctatio: horta

**Cũctatio** **Cũctator** **Mora ſæpe melior.** bat̃ comites ut morã oẽm & cõtatiõnẽ eiicerẽt ab ſeſe eliminarẽtq;: ſæpe eni cũctatio diſpẽdioſa eſt. ex quo illud ſilii. pelle moras breuis ẽ magni fortuna fauoris. pſæpe uero utilẽ cũctationẽ tarditatẽq; eẽ pcipimus. uñ ait idẽ ſilius. In rẽ cõtari ſuerit. & Fabius ob id cũctator dictus: q cõtãdo reſtituit rẽ. Dictũ uetus ẽ cuius ſidonius quoq; cõmeminit pſæpe morã eẽ meliorẽ: & ut auctor ẽ marcellinus. cũctatio p̃cipuũ bonũ ẽ ĩ magnis ductoribus. FAceſſat. recedeat abeat ut illud faceſſite hinc oẽs: alias faceſſe

**Faceſſere.** re ẽ facere. ut Virgilius ĩperio læti parẽt ac iuſſa faceſſunt. FAteor quirites: Ex ritu oratorũ romanorũ: qui ad quirites cõtionãtur. EXtremos latrones. Ita ordinãdus ẽ textus aggreſſus ſum gladiolo

**Extema malitia.** fugare extremos latrones tãq̃ id officiũ foret boni ciuis. extremos aũt appellat: ĩtelligi uolẽs perditiſſimos nequiſſimoſq;. ſic ab. Au. Gellio. extrema malitia dicta pro maxima & ea: ultra quam nihil ſit.

DVX & ſignifer. Vexillariū. Anteſignanūq; ac ueluti principē latronū ſignificat. CERta manu. Di
cit̃ mãus certa. cuius ictus nō oberrat: ſicut incerta. q̃ nō ſemp ferit deſtinata. Quintiliãus ĩ quarto. ut
certa mãus uno telo poſſit eē cōtēta: ĩcertæ plura ſpargēda ſūt. ut ſit & fortũæ locus: NEq; fugã capeſ Certa
ſunt: Narratio credibilis. & plane oratoria: q̃ ex ꝑcepto Quintiliãi nō fuerit inutile ſemina q̃dã ꝓbatio manus.
nū ſpargere. nō nūq̃ etiã argumēto aliquo cōfirmabit̃: cū aduerſarii dicūt̃ fuiſſe robuſti armati cōtra in
firmos. plures cōtra unū. Aliqñ cōfitebimur uix eē credibile. qd' factū ē. nos tñ id uerū eē ꝓbaturos: ſicu

dux & ſignifer cæterorū ualidiſſime aggreſſus: illico
manibus ambabus capillo abreptū: ac retro reflexū ef
fligere lapide geſtit. quē dū ſibi porrigi flagitat: certa
manu ꝑcuſſū fœliciter proſterno. At mox aliū pedib⁹
meis mordicus inherētē: p ſcapulas ictu tēperato: ter
tiūq; ĩprouide occurrētē pectore offenſo ꝑimo. ſic pa
ce uindicata: domoq; hoſpitis: ac ſalute cōmuni prote
cta: nō tã ĩpunē me: uerūetiã laudabilē publice credebã
fore. q ne tãtillo qdē unquã crimĩe poſtulatus: ſed pro
be ſpectatus: apud meos ſemp ĩnocentiã cōmodis cun
ctis antetulerã. Nec poſſum reperire cur iuſte ultiōis:
qua cōtra latrones deterrimos cōmotus ſum: nūc iſtū
reatū ſuſtineã. cū nemo poſſit mōſtrare. uel proprias ĩ
ter nos inimicitias ꝓceſſiſſe: ac ne omnino mihi notos
illos latrones uſquã fuiſſe. uel certe ulla ꝓda monſtre
tur. cuius cupidine: tantū flagitiū credatur admiſſum.
Hic profatus rurſum lachrymis obortis: porrectiſq; ĩ
ꝓces manibus: per publicã miſericordiã per pignorū
charitatē: mœſtus: tunc hos: tunc illos depcabar. Cūq;
iã humanitate cōmotos: miſericordia fletuū adfectos
omnes ſatis crederē: ſolis & iuſticiæ teſtatus oculū ca
ſumq; præſentē meū cōmendans deū prouidētiæ: pau
lo altius aſpectu relato cōſpicio prorſus totū populū

ti nūc uix uidet̃ eē credibile. tres
ab uno perēptos fuiſſe. tã aūt ſub
tiliter narrat: tã ꝓbabiliter. ut qui
audit ſtati credat. MORdicus: Mordic⁹.
morſu. & dētib⁹ aduerbiū ē. mor
dicibus quoq; ueteres dixerūt in
eodē ſignificatu. Plautus ĩ Aulu
laria. Aſini me mordicus ſcindãt
boues ĩcurſent cornib⁹: a morſu
etiã morſicati ludūt. PER ſcapu Morſica
las: Scapulæ poſteriores dorſi p tim.
tes & Humeroꝝ ſignificãt̃. hic in Scapulæ
teruallū illud mediū ĩter ſcapulas
ĩterſcapulū dictū. In floridis. cū in
terſcapulū crates retexiſſet. quidã
ĩterſcapiliū legere malūt apd higi Interſca
nū crebra mētio eſt ĩterſcapilii: a pilium.
quo ĩ ſcapulo quoq; uſurpat̃. ꝓ ĩ
terſcapilio ſiue ꝓ ĩ ſcapulis. IM
punē: Impunitū. & penæ exortē.
declinat̃ ĩpūis ut ĩmunis. HOS
pitis. milōis. PROtecta: defēſa.
NE tãtilllo qdē: ne minimo qui
dē. POſtulatus: Accuſatus. Ti Poſtula
tulus ē apud iuriſcōſultos de po re.
ſtulãdo. Cæſar ut ſcribit Trãquil
lus dolobelã repetūdarū poſtula
uit. REatū: accuſationē. meſſala
orator prius reatū dixit: ut docet
Quintiliãus ĩ. yiii. reus uñ reatus Reatus
ducit̃. nō ſolū eſt is q cãm dicit. & Reus q.
itē q qd ꝓmiſit ſpopōditue ac debet. Verū etiã qui cū altero litē cōteſtatã hēt. ſiue is egit. ſiue cū eo actū
eſt: Reus ut ſcribit gallus helius ſtipulãdo eſt idē qui ſtipulator dicit̃. ſicut reus ē ꝓmittēdo. q ſuo noīe
alteri quid ꝓmiſit. M. Antnoius apud Ciceronē ĩ ſecūdo de oratore. reos inquit appello. nō eos mō
qui arguūt̃: ſed oēs quoꝝ de re diſceptat̃ reū fieri aſcōio nihil aliud ē niſi apud ꝑtorē legibus ĩterroga
ri. agi dicitur reus cū accuſatur: pagi qñ dãnatur. Plinius ĩ epiſtolis ĩterea dū pagitur reus. Vulpiãus ad Agi reus
legē iuliã d adulteriis ſic rfert. niſi reū pegerit pegiſſe. ãt ñ alias qs uidet̃. niſi & cōdēnauerit. Idē ad legē Peragi
iuliã maieſtatis. is inquit qui ĩ reatu decedit ĩtegri ſtatus decedit: extinguit̃ eni crimē mortalitate: reis reus.
apud priſcos moris fuit ſūmittere capillū: & ueſtē ſordidã ĩ publico habere. ad miſericordiã cōciliãdã.
PROprias inimicitias: Maleficiū ſine cã ſuſceptū ferme eē nō ſolet: ut rhetorici doctores prodiderūt:
qui ꝑcipiunt in omni lite cauſam potiſſimū ſpectari oportere: cauſa aūt ōis aut ĩpulſiua ē. ut ira odiū: Cauſa in
aut ratiocinatiua. lucrū hereditas. Impulſiuã græci uocãt ορεικτικην αιτιαν. ratiocinatiuã uero την lite ſpe
λογικην αιτιαν. ꝑterea cã ē aut efficiēs cū dicimus illa ratiōe ꝓuocatus eſt: qd' ποετικον αιτιον græ ctanda.
ci uocãt. aut adiuuãs: ut cū dicimus. & iam illa cauſa acceſſit: qd' υπερθετικον αιτιον uocãt: aut prohi
bens. ut ĩmo habui cauſam nō faciendi ne ad inimicū meū hereditas perueniret. quod κωλυτικον
αιτιον græci uocãt. nunc Apuleius impulſiuã cauſam ſignat cū ait inimicitias nō ꝓceſſi me: ratiocina Impulſi
tiuã uero cū negat nulla predæ cupiditate admiſſum eē flagitium. CVPIdine: Cupiditate: Oratius ua cauſa.
at bona pars hoīum decepta cupidine falſo. PORrectis in ꝓces manibus: adorantes manus attoli Ratioci
mus. ut docet Quintilianus. ſine manibus trunca ē actio ac debilis. Cæteræ partes eloquētē adiuuãt: natiua.
heæ: prope eſt ut dicã: ipſæ locuntur. manibus poſcimus. minamur. ſupplicamus. manus uouētium
leuiter pãdata eſt. ❧ PIGNOrū: Filiorū. ſunt eni filii ueluti pignora charitatis ĩter cōiuges & ut. xxxii.
q. ii. ſcriptū legimus cōiugii ꝑmium & gratia nuptiarū eſt partus: obſecratio autē illa iudiciū p chariſſi
ma pignora utilis erat. ut inquit Quintilianus in. yi. IVSTIciæ oculū: In ſecūdo dictū ē. ipſos etiam
oculos ſolis & iuſticiæ facile fruſtrentur. Vbi de oculo iuſticiæ & ſolis nō indiligenter annotauimus.

riſu cachinnabili diffluebāt. Nec ſecus illū bonum hoſpitē: parētēq; meum Milonē: riſu maxīo diſſolutum. At tunc ſic tacitus mecum. En fides inquā en cōſciētia. Ego qdē pro hoſpitis ſalute: & homicida ſum: & reus capitis inducor. At ille nō cōtētus: ꝙ mihi nec adſiſtēdi ſolatium ꝓhibuit: inſup exitium meum cachinnat. Inter hæc qdā mulier ꝑ medium theatrum: lachrymoſa & flebilis atra ueſte cōtecta: paruulum quēdā ſinu tolerās decurrit. ac pone eā anus alia pānis horridis obſita: paribuſq; mœſta fletibꝰ ramos oleaginos utræq; quatiētes: q̄ circunfuſæ lectulum: quo peremptorū cadauera cōtecta fuerāt. plangore ſublato ſe lugubriter heiulantes. Per publicā miſericordiā: ꝑ cōmune ius humanitatis aiunt: miſeremini indigne cæſoꝝ iuuenum. noſtreque uiduitati: ac ſolitudini: de uidicta ſolatium date. certe paruuli huius: in primis annis deſtituti fortunis ſuccurrite. & de latronis huius ſanguīe: legibus ueſtris: & diſciplinæ publicæ litate. Poſt hæc magiſtratus: qui natu maior adſurgit. & ad populum talia. De ſcelere quidem: quod ſerio uindicandum: nec ipſe qui commiſit: poteſt diffiteri: ſed una tantum ſubſiciua ſollicitudo nobis relicta eſt: ut cæteros ſocios tanti facinoris requiramus. Nec enim ueriſimile eſt: hominem ſolitarium: tres tam ualidos enecaſſe iuuenes. prohinc

RISV cachinnabili: Sonoro. ſoluto. maximo qualis eſt cachinnus. PArētē: Nomē ē reuerentiæ. REVS capitis: Cuius cā capitalis ē is reus capitis dicit᷑. ut reus furti. reus maieſtatis: qui de furto & maieſtate accuſat᷑. ASSIſtendi: Patrocinādi. fauēdiq;: aſſiſtere eni. q̄nq; ſignificat defendere patrocinari. adeſſe. qđ priſci adeſſe & ſupeſſe dictitarūt: ſic enī elegāter & ſcite loq̄mur. Tibi adſū. tibi ſupſum. ꝓ eo qđ ē aduocatus tibi ſū. cāmq; tuā defendo. CAchinat: Cachino riſuq; ſolutiore ꝓſeq̄t᷑. ATRA ueſte: Nigra ueſtis ē lugētiū: pullatos dicius & atratos: q lugēt & ueſtibus nigris obſoletiſq; luctū teſtāt᷑ apud antiquos nefas erat atratū accūbere ī epulo. hic. M. Tullius Vatinio ꝓbro dat ꝙ cū toga pulla. i. nigra in epulo q̄nti Arii accubuerit. & ꝙ cœnauerit atratꝰ. Anthracinus color dicit᷑ apud ueteres niger. q̄ſi carbōarius. Anthraces eni carbones latine appellāt᷑. M. Varro. amiculū nigellū appellat lugubrē ueſtē. POne. Poſt. Virgilius pōe ſubit cōiūx. PANnis obſita: Ita Terētius. Video ſētū ſqualidū ægrū pannis annisq; obſitū. a Virgilio dictus ē obſitus æuo. ꝑ ſenex. & ut interp̄tat᷑ Dōatus. obſitū dicius metaphora ab agro ſūpta. OLEAginos: Olearios. ab olea oleaginus deducit᷑. ſicut a faba fabaginus. hinc a Catōe acus fabaginū dictū ꝓ purgamēto quiſquiliiſq; fabarū. q item p̄cipit taleas oleaginas tripedaneas eē decidēdas. Itē codicillos oleaginos amurca ꝑſpergi iubet ita neq; fumoſi erūt & bene ardebunt. Ramus olearū pacis ſignū: Arbor enī pacifera eſt olea Virgilius. placitā paci nutritor oliuam hinc a græcis elea dicta. qa græce ελεοσ miſericordia. q̄ quia cōtigit eis qbus pax dat᷑. ut inq̄t probus pax datur. ut īquit ꝓbus grāmaticus: Olea pacis ſignū ē. LVgubriter eiulantes: Flebiliter lamētantes. Eiulatus & eiulatio flebilis eſt lamētatio. Eiulare eſt flebiliter more fœmineo cōplorare: ī legibus decēuiralibus leſſum dicitur hæc lugubris eiulatio. Legis uerba ſunt hæc mulieres genas ne radūto. neue leſſum funeris ergo habēto: qbus uerbis ut lelius interp̄tat᷑ tollit lex lamētationē. Id totū a nobis latius explicatū ē in ſecūdo Tuſculanarū cōmētario. PARuuli huius: Magis naturaliter mouēt exēpla q̄ uerba. hinc Sergiū Galbū accepimus euaſiſſe iudicii flāmā miſeratione excitata. dū nō ſuos modo liberos paruulos incontione produxerat: ſed galbæ etiā ſulpitii filium ſuis etiā manibus circūtulerat. & ut auctor eſt Quintilianus nō ſolū dicēdo ſed etiā faciendo lachrymas mouemns. Vnde & producere illos qui periclitentur ſqualidos atq; deformes. & liberos. & parentes inſtitutū eſt. LAtronis: Inuidioſe latronē Apuleium ipſum appellat. LITAte: Sacrificate. & quaſi parētate. quid litare & ſacrificare inter ſe differant ſæpius diximus. DIFFIteri: Negare. & inficiari. SVBſiciua ſollicitudo: Reliqua & ſola. ſubſiciuū enī id uocant quod quaſi reliquum ſubductū ſubtractūq; eſt. M. Varro. Ab hoc principio Menſores nōnūquam dicunt in ſubſiciuum eſſe unciam agri aut ſextantem: quidam ſubſiciuum quaſi a ſubſecando alii ſucciſiuum quaſi a ſuccidendo: deducere malunt eodem tamē intellectu: & ſignificatu. Au. Gellius. M. Tullius. Plinius. tempora ſucciſiua appellitant: quaſi dicas ſubſecta ſubductaq; a negotiis: quæ litteris ſunt impartienda. In primo de legibus ait. M. Tullius ſubſiciua quædam tempora incurrunt: quæ ego perire non patior: Apuleius infra quoq; dictionē hanc decenter uſurpat inſignificatione conſimili. EVItaſſe: uita ſpoliaſſe. Euitare enī ē uerbū uetus. nec omnibus obuium. quod ſignificat uita priuare: & ita legere malim q̄ enecaſſe: quod quidā inſolentiā huius uerbi reformidātes fecerūt: ſed elocutioni Apuleianæ magis congruit euitaſſe q̄ enecaſſe: cū alterū ſit oppido quā eruditū. Alterū protritū. Item actius poeta apud Ciceronē in tertia Tuſculana. hæc omnia uidi inflammari. Priamo ui uitam euitari ideſt uitalitate ſpoliari.

Reus capitis. Adſiſtere tibi adſū Tibi ſupſum. Pullati. Atrati. Anthracinꝰ color anthrax. Obſitus æuo. Oleaginus. Fabaginū acus. Pacifera olea. Elea. Leſſum. Galba paruulos produxit Subſiciuum. Subſiciua tempora. Euitare uita ſpoliare.

TORmentis ueritas eruenda: inter probationes quas græci ἀτέχνους nostri inartificiales uocãt tormenta ſunt. apud rhetoricos doctores. cōmunis locus eſt a tormentis dicere & contra tormenta: cū pars altera queſtionē uera fatendi neceſſitatē uocet. altera autē ſæpe cauſam uel falſa dicendi: plenæ ſunt orationes ueteꝝ oratoꝝ huiuſcemodi q̄ſtionibus. apud maiores noſtros q̄ſtiones & tormēta de ſeruiis habebãẗ: diuus auguſtinus ut auctor eſt Vlpianus nō eē a tormentis incipiendū conſtituit. neq; adeo fidē q̄ſtioni adhibendã: eſt enī q̄ſtio res fragilis & piculoſa. & q̄ ueritatē fallat: nã plerique patientia ſiue duritia tormentoꝝ ita tormenta cōtēnunt: ut exprimi ab eis ueritas nullo mō poſſit alii tanta ſunt impatiētia & adeo recentes in dolore: ut in quouis mentiri q̄ pati tormenta uelint.

Locus a tormētis

Queſtio res periculoſa.

tormētis ueritas eruēda. Nã & q comitabaẗ eū clãculo profuit. & res adhoc deducta ē: ut p q̄ſtionē ſceleris ſui participes īdicet. ut tã diræ factiōis formido funditus perimaẗ. Nec mora cū ritu græciēſi ignis & rota tū oē flagitiorum genus inferunẗ. Augetur oppido: immo duplicatur mihi mœſticia. quod integro ſaltem mori non licuerit. Sed anus illa: quæ fletibus cuncta turbauerat: prius inquit: optimi ciues: q̄ latronem iſtum miſerorum pignorum meorū peremptorē cruciandum adfigatis: permitite corpora necatorum reuelari: ut & formæ ſimul & ætatis cōtemplatione. magis magiſq; ad iuſtam indignationem arrecti: pro modo facinoris ſæuiatis. His dictis applaudiẗ. & illico me magiſtratus ipſum iubet corpora quæ lecto fuerãt poſita: mea manu detegere. luctantem me ac diu renitentem præcedens facinus inſtaurare noua oſtenſione: lictores iuſſu magiſtratuum q̄ inſtantiſſime compellunt. manum denique ipſã e regione lateris tundentes: in exitiū ſuum ſuper ipſa cadauera porrigunt. Euictus tandē neceſſitate ſubcūbo. & ingratus licet: arrepto pallio:

De minore quattuordeci annoꝝ q̄ſtio habenda nō eſt: ut diuus pius cecilio reſcripſit. tormenta ut docet archadius iuriſconſult⁹ habenda ſunt nō quanta accuſator poſtulat: ſed ut moderatæ ratiōis temperamenta deſiderant: ſed ſenatus cōſultū ſyllanianū ex Vlpiani p̄ceptiōe impuberes torqueri nō debent: ſed terreri tantū. & habenda uel ferula cedi: alias tormēta ſignificãt machias bellicas. ſcribit plinius cretas inueniſſe in tormentis ſcorpionē. PER q̄ſtionē: q̄ſtionē ut inquit Vlpianus ſic accipimus nō tormenta tãtū. ſed oēm inq̄ſitionē. & defenſionē. alie ſunt q̄ſtiones oratoꝝ: & dialecticorū. RItu græcienſi: ea forma diciẗ græcienſis: qua hiſpaniēſis. corinthienſis: Romanenſis. q̄ in ueteꝝ libris diligēs lector frequenter īueniet: & nos hiſce cōmētariis īſperſimus. & apud Suetoniū nō īdiligēter annotauimus. qd differat hiſpaniēſis ab hiſpão. & alia id genus. IGNIS & rota: inter tormenta antiquoꝝ ſunt cruces eculei. Carcer. Vncus. & adactus p mediū hominē ſtipes: & tunica alimentis igniū illita & ītexta quã moleſtã uocãt: de qua ītelligi uoluit ſatyrographus cū ait. auſi qđ liceat tunica punire moleſta. & epigrãmatarius illo uerſu. nã cū dicaẗ tunica p̄ſente moleſta: de ungula qđ tormēti gēus ē meminit Ciprianus Euſebius Tertulliãus. q & aſcias & runcinas inter īſtrumenta ſeuitiæ pcenſet: præterea inter cruciatus eſt ignis & rota: utrūq; nō minus notū q̄ crudele ſuppliciū: tormentū rotæ germanoꝝ prope peculiare eſt. apud quos noxii rotæ inſerunẗ & membratim radiis rotaꝝ conuulſi lentitudine mortis cruciabiliter perimuntur: de quo ſcripſimus in commentariis tuſculanarum. ī decimo quoq; huius operis uolumine ſic ſcriptum eſt. nec rota uel eculeus more græcoꝝ tormentis ei⁹ apparata iam deerant. FLAgitiorum. corrige flagrorum. ut ſit ſenſus omne genus flagellorum uerberumq; illatum importatumq; fuiſſe. OPpido: ualde. IMmo duplicatur: exornatio eſt quã correctionem uocant. ut illud ex libro quarto rhetoricorum ad herennium. Quod ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet immo ueniſſet modo. hoc facile perfici poſſet. INtegro: timebat enim ne lacerato diſcerptoq; per cruciatus corpore mutilatus truncus minime integer moreretur: iuuenalis hoc cruciatu lentulus hac pena caruit. ceciditq; cethegus integer. & iacuit Catilina cadauere toto. PIGNOrum peremptorum: filiorum meorum interfectorem: pignora enim filios dici ſat notum & ſuperius explicatum ē.

impuberes torq̄ri non debent.

Tunica moleſta.

Apud poetas

Vngula tormenti genus

Runciæ.

Supplicium.

Pignora filii.

REuelari: detegi denudari. PRO modo facinoris: pœna facinori par irrogari & ſolet & debet. nã ut docet Marcianus iuriſconſultus reſpiciendum eſt iudicanti nequid durius. aut remiſſius. cōſtituaẗ q̄ cauſa depoſcit: nec enim aut ſeueritatis aut clementiæ gratia affectanda eſt. ſed perpēſo iudicio, put quæq; res poſtulat ſtatuendum eſt. plane in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent ingrauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.

proniores ad lenitatē iudices.

REnitentē: recuſantē. PRAEcedens facinus: triplex homicidiū. ERegione lateris: eregiōe ad uerbialiter dicimus ex oppoſito. & ex parte cōtra reſpiciente. hic ſignificat ex parte laterali percutiētes lictores impuliſſe ut manum ſuper cadauera porrigeret. INgratus: ideſt inuitus: & coactus: & cōtra. animi mei uoluntatem. ſic Terentius opus faciam. ut defatiger uſq; ingratus ut dormiam. ultronea enim ut inquit Donatus grata ſunt. ingrata quæ ab inuitis fiunt: ac recuſantibus.

E regiōe.

ingratus inuitus.

COActis:ſic Terentius hæc uerba una me hercle falſa lachrymula quã oculos terendo miſere uix ui expſſerit reſtinguet. PRAEſſura:expſſiõe. APpellãt:alloquũt:alias appellare dr̃ creditor debitoré:qñ creditã pecuniã repoſcit. Alphius fœnerator dicere ſolebat bona noĩa fieri mala ſi nũq̃ appelles: Quĩtilian⁹ in.v.& paup eras & tu maxĩe a creditoribus appellabaris. hoc intellectu eſt illud poſitũ a Satyrographo. ſed penſio clamat poſce:ſed appellat puer unicus:alias appellare ẽ idẽ qd prouocare. ut appello cæſarẽ. prouoco ad populũ:notiſſimus ẽ apud iuriſcõſultos titulus de appellatõib⁹. TANti mali ignorãtia: ſorores aiunt pſychẽ beatã ſibi uideri ex eo ꝙ mala ſua ignoret neſciatq; qbus piculis obnoxia ſit apud Senecã ait ædipus iners maloꝝ remediũ ignorantia. INcurioſa:ſecura & negligens. IMmanẽ colubrũ: hoc cõmẽto mẽdacioq; falacioſo ſubuertere conant̃ ſimplicẽ pſychen. fingẽtes ſe hr̃e ꝓ cõpto. maritũ pſyches ſerpentẽ eẽ. enormitate terribilẽ ingluuie & ueneno formidãdũ: De olympiade alexandri magni matre traditũ ẽ cũ ſerpẽte cõcubuiſſe ex eoq; cõcubitu alexãdꝛ magnũ eẽ cõceptũ:cõſimilis fabula ꝓdidit Scipionẽ diuinæ ſtirpis uiꝝ ꝓgẽitũ eẽ ex ĩmãis anguis cõcubitu: q cũ põpõia matre creditus ẽ concubuiſſe. MVLtinodis: iũcti legẽdũ. ut uolumĩa multinoda accipias ꝓ nodoſa. & nodis multis ĩplicata. VOluminibus:ſpiris ſinuoſis. Virgilius ſinuatq; ĩmẽſa uolumĩe terga. COLla ſanguinãtẽ: habẽtẽ collũ ſãguineũ. figura poetica. HIãtẽ:ore patulo. & ut ueteres dicebãt hietãti. INgluuie:ingluuiẽ uẽtris capacitatẽ eẽ iterptat̃ Seruius enarrãs illud Virgilianũ:ĩprob⁹ ĩgluuiẽ rãiſq; loquacibus explet. ego opĩor ĩgluuiẽ ꝓprie dici ſinũ gutturis & capacitatẽ:ĩ auibuſ potiſſimũ: quo mergũt̃ recẽtia cibaria:ut gallinæ palũbes. colũbæ. ꝑdices hñt. cætera fere carẽt eo ſinu:ſed gula patentiore utunt̃:ut gracchuli. corui. cornices. albertus magnus recẽtioreſq; ſcriptores pappã id ĩ auibus appellãt plinius ſinũ:& ĩ onocrotalis uteꝝ ĩgluuies ꝓ uoratrĩa & guloſitate uſurpat̃. SORtis pythice:oraculi apolineĩ. BEſtiæ nuptiis:uerba oraculi ſũt hæc. nec ſperes geneꝝ mortali ſtirpe creatũ:ſed ſæuũ atq; feꝝ uipereũq; malũ. CIRcũſecus:ĩ circuitu a lateribus huiuſce loci & regiõis. ACcolæ:uicini cõtermini. accolas ꝓprie dicimus fluuioꝝ & mõtiũ. ut accola padi. & accipit̃ ꝓ eo q̃ habitat ꝓpe locũ deſcriptũ. MAturauerit:maturã fecerit. exactis mẽſibus legitiæ partõis:& maturi fœtus. HIC:hæc. VOcalis ſolitudo:pp uoces quas pſyche famulas habebat ſine corpore. & ita callidiſſime eleuãt bõa:qbus illa beata uiſebat̃. CLANdeſtiæ ueneris. qa furti cupido nec ulli cõſpicuus coibat cũ pſyche. NOſtꝝ fecerimus. exiſtimabimur fũctæ officio noſtro qd pi as ſorores decet. ANImi tenella:aio puellari tenero molli. archaiſmos ẽ. MEmoriã effudit:cõſimiliter plautio ſoſiæ exciderũt ꝑ formidĩe mãdata dominica. LVrida:pallida & lurore deformata. EXangui colore:ex metu ſanguis & calor in imũ perfugiunt deſerẽtes loca exteriora. ut docet ariſtoteles ĩ problematis. unde fit ut metuẽtes palleſcant. & quaſi exangues cõſpiciãt̃:ex eodẽ timoris affectu uenter ſoluit̃ & libido urinæ laceſſit. quia uidelicet calor ex ſuperis in ima defluens & ex ſũmis ad intima penetrans aluum mouet & ueſicã. TERtiata uerba:eleganter uerba tertiata appellat imperfecta. lapſantia & ex pauore nutabunda. qñ ſcilicet hõ exanimatus. nõ integra uerba enuntiat. ſed uix tertia quæq; profert mediis ex perturbatõe quaſi deuoratis ſuppſſiſq;. ẽ. n. affectus hic naturalis. SEmianimi uoce. attenuata. & quaſi iter mortua ex formidĩe.

coactis hoc aſtu puellã appellãt. Tu qdẽ fœlix. & ipſa tãti mali ignorãtia beata:ſedes ĩcurioſa piculi tui. nos aũt q̃ ꝑuigili cura reb⁹ tuis excubamus: cladibus tuis miſere cruciamur. Pro uero nãque cõperim⁹: nec te ſocie ſcilicet doloris:caſuſque tui:celare poſſumus. ĩmanẽ colubrum multinodis uoluminibus ſerpentem ueneno noxio colla ſanguinantem:hiãtem ingluuie profunda tecũ noctibus latenter acqeſcere. nunc recordar̃ ſortis pythice. q̃ te trucis beſtiæ nuptiis deſtinatã eẽ clamauit. & multi coloni. qque circunſecus uenant̃: & accolæ plurimi: uidere eũ ueſpa redeũtẽ e paſtu. proximique fluminis uadis innatantẽ. nec diu blãdis alimoniarũ obſeqis te ſagĩati oẽs affirmãt: ſed cũ primũ prægnationẽ tuã plenus maturauerit uterus opimiorẽ fructu ꝑditã deuoratuꝝ. At hic iã tua ẽ exiſtimatio: utꝝ ſororibus pro tua cara ſalute ſollicitis adſentiri uelis. & declinata morte nobiſcũ ſecura piculi uiuere: An ſeuiſſimæ beſtiæ ſepeliri uiſceribus: qd ſi te ruris huius uocalis ſolitudo: uel clandeſtiæ ueneris fetidi: piculoſique cõcubitus: & uenenati ſerpẽtis ãplexus delectãt: certe piæ ſorores noſtꝝ fecerim⁹. Tũc pſyche miſella: utpote ſimplex: & aĩ tenella: rapit̃ uerboꝝ tã triſtiũ formidine: extra terminũ mẽtis ſuæ poſita. prorſus oĩum mariti mõitionũ: ſuarũq; promiſſionũ memoriã effudit. & ĩ profũdũ calamitatis ſeſe ꝑcipitauit. tremẽſq; & exãgui colore lurida tertiata uerba: ſemianimi uoce ſubſtrepens: ſic ad illas ait. Vos qdẽ cariſſimæ ſorores: ut

appellat creditor. debitorẽ.

Olympias cũ ſerpente cõcubuit.

Ingluuies.

pappa

accolæ

archaiſmos.

Metuẽteſ palleſcũt.

Metus ſoluit uẽtrem.

PAR:æquũ & iuſtũ. CViatis:cuius gentis.& patriæ nom ẽ gẽtile eſt: cuias dr̃ & cuiatis priſcianus In.xii.nõ ſolũ cuias ſed etiã cuiatis proferebant:cõmuni gñe.plautus in penulo.qd ſit cuiatis. unde ſit ne parſeris. Lucifugã:lucifugos & lucifugas dicimus fugitantes lucẽ.alumnos tenebrarũ & tenebri coſa uita gaudentes.M.Tullius libro prĩo de finibus.Lucifugi maledici.monſtroſi etiã alii amatoriis leuitatibus dediti.Seneca lucifugas hoĩes appellat q cõtra naturã uiuunt:hoc eſt de die dormiunt.no cte uigilant.& ad cæreos ac lumina uiuunt.Quos eleganti uocabulo lychnobios quoq; appellat qua ſi lucernarios.& ad lucernã uiuentes. Fulgentius Quãuis ille cõiũx. lucifuga ſororios ei cõminando uetaret aſpectus. MArito: lege maritũ conſentio inquit maritũ meũ eẽ beſtiã aliquã prout uos recte aſſeritis. NEq; corrige me:ẽ enim ſẽſus.abſterret me quo minus eũ aſpicer̃ poſſim. PEriclitãti:in picula conſtitutæ alias picu lũ hoc ẽ expimẽtũ facienti. SVB ſiſtite: ſuccurrite ſubuenite. IN curia:negligentia & ignauia: ſcitũ Catonis tuſculani illud eſt cultus inqt magna cura:magna uirtutis.incuria apud priſcos ſiqs paſ ſus eẽt agrũ ſuũ ſtetileſcere.eũq; habuerat derelictui. is notabat̃ incuriæ hoc ẽ ĩpoliciæ. GLAdiis fraudiũ:tota locutio ẽ ex trãſlatõe ducta.ut & latibula machinarũ.& gladii fraudiũ & portæ aĩ patentes. p metaphorã decẽtẽ dicta ĩtelligãt̃. ORIgis nex⁹,uiculũ cõiũctioq; neceſſitudĩs ſororiæ: nexũ rẽotiori quadã ſignificatõe & uulgo parũ nota dixerũt ueteres obligationẽ oĩem.qcũq; p æs & librã fit.:dq; necti dicebat̃.auctores Helius gallus M.Varro & feſt⁹: hoc ĩtellectu illđ M.Tullii ex prĩo de oratore accipiendũ eſt.nexorũ iura uerſanti ĩ cauſis centũuiralibus.cõmentator icurioſe inſciteq; locũ Ciceronis exponit.nexũ æs uocat̃ pecunia quæ per nexũ obligat̃.& nexus homo:q cũ liber eſſet.pro pecunia quã debebat. operas ſuas in ſeruitute locabat donec ſolueret.de nexis ob æs alienũ longa mentio apud Liuiũ. NOuacula:ferramentũ tonſoriũ eſt.uulgo notiſſimũ.de quo epigrammatarius:hoc ſalamandra notet uel ſceua nouacula nudet. AD pulſũ:ut uel minima mãus ĩpulſione ſecet uitalia.ut pote acie acutiſſima acerrimaq; exaſperata. EXaſperatam:cote exacutam.ſic ſilius ſaxoq; exaſperat enſem/ſic & tacitus ſaxo exaſperatur ferrum:auctor eſt plinius cotes ferro acuendo laudatas fuiſſe creticas ſecundo loco laconicas.quæ utraque oleo indigebant: inter aquarias naxiæ laus maxima fuit.ex oleo & aqua cilicie cotes pollent:repertæ ſunt & in italia aqua trahentes aciẽ acerrimo effectu:concinna breuitate complectilem. PRAEmicantẽ:ſplendicantem ac lucentem.

OLEO:oleum e nucibus iuglandibus:qd uſibus lucernarũ hoc maxime tempore accõmodũ eſt cariynon uocant. AVLVlæ:lego auleæ ut ſit ſenſus.Lucernæ lumẽ occultandũ eſſe contegendumq; tegumento auleæ undiq; ſepientis.auleã enim fœminino gñe ſic dicimus.ut auleum neutro:Quĩtus curtius.nec qcq̃ eorũ q̃ inuicem iactata erãt rex ignorabat cum poſt auleã q̃ lectos obduxerat ſtaret. ſũt autẽ aulea pãni & uela picturata:& uerſicoli textura ſpectabilia:q̃ græcis quidem uocabulis ſed apud latinos uſitatiſſimis peripetaſmata.& periſtromata nominantur,aulea autem dicta eſſe tradunt ab aula atthali regis inqua primum inuenta ſint:poſtq̃ is populum romanum ſcripſit heredem.hinc atthalica a ꝓpertio cognominata.illo uerſu nobilis auleis porticus atthalicis.plinius auctor eſt atthalum regẽ primum iueniſſe aurũ ueſtibus intexere.unde iqt eſt nomẽ atthalicis:aulea purpureo colore diſtincta & ſimulacris hoĩum intexta fuiſſe teſtis eſt poeta cum ait purpurea ĩtexti tollant aulea britãni: belluata tapetia dixit plautus a textura belluarũ.q̃ in auleis hoc genus decenter graphiceq; intexuntur.

SVLcatos:perinde ac maritus pſyches ſit colubra ſinuoſis uoluminibus ſerpens & in inceſſu ſulcũ faciens.qñ de ſulco fit mentio nodus auſonii enodandus eſt.q inter griphos idiſſolubiles merito habetur quẽ nos olim plauſibiliter diſſoluimus emaculauimuſq;.uerſus auſonii eſt hic in epigrammate

par erat:in officio ueſtræ pietatis permanetis: uerũ & illi:qui talia uobis affirmant:nõ uident̃ mihi mendaciũ finger̃.nec.n.unq̃ uiri mei uidi faciẽ.uel oĩo cuiatis ſit: noui.ſed tantũ nocturnis ſubaudiens uocib⁹: maritũ incerti ſtatus:& prorſus Lucifugã tolero.beſtiãq; aliq̃ recte dicentibus uobis marito cõſentio meq; magnope ſemp a ſuis terret aſpectibus.malũq; grãde:de uult⁹ curioſitate p̃minat̃.Nunc ſi quã ſalutarẽ opẽ piclitanti ſorori ueſtræ poteſtis afferre: iã nũc ſubſiſtite.cæterũ icuria ſequens prioris prouidentiæ beneficia corrumpit. Hunc nactæ: iã portis patentib⁹ nudatũ ſororis aĩum facinoroſæ mulieres: omiſſis tecte machinæ latibulis: deſtrictis gladiis fraudiũ: ſimplicis puellæ pauẽtes cogitatões inuadunt.ſic deniq; altera. Q m̃ nos originis nexus pro tua incolumitate: piculũ qdẽ ullũ ante oculos hr̃e cõpellit: uiã: q̃ ſola deducit iter ad ſalutẽ: diu diuque cogitatã: monſtrabimus tibi. Nouaculã p̃acutã ad pulſam etiã palmule lenientis exaſperatã tori qua parte cubare conſueſti: latenter abſcõde. lucernamque concinnem completam oleo claro lumine premicantem: ſub de aliquo claudentis aululæ tegmine. omniq; iſto apparatu tenaciſſime diſſimulato: poſtq̃ ſucatos

Cuias. Cuiatis. Lucifugi Lychnobii. ſubſiſtite Incuria. ſcitum catonis Nexum obligatio. Nexus homo. Cotes ferro acuendo. Cariynõ Aulea. Auleum peripetaſmata. periſtromata. Attalica belluata tapetia. Nodus auſonii enodatur

ad paulũ.& ſi pierias patiť litare ſorores.nũq̃ ipſe torquet aulica.in duabus dictiõibus ſingulaꝝ litteraꝝ corruptela totũ corrũpit idecoratq; ſenſũ poeticũ.& maxias tenebras lectoribus offũdit. Ego uero uerbũ illud litare emendo liſare:cũ alioq litare eliminet claudicãs metrica cõpago : & illud aulica corrigo aulaca hoc intellectu.& ſenſu.phebus iquit iubet neꝝ loqui:qui q̃uis iterdũ muſas delirare ꝑmittat.&

Litare

a recto ſulco diſcedere.ipſe nũq̃ flectit ſulcũ.nec aberrat.lirare:qđ & lerare dicũť ruſtici cũ arãt tertia aratiõe iacto ſemie.i.ut Varrõis uerbis utar.cũ tabellis ad uomerẽ ſimul & ſatũ frumẽtũ opiũt i porcis & ſulcant i foſſas.quo pluuialis aq̃ dilabať.liras uocari a ruſticis tradit columella cũ ſic aratũ ẽ ut iter duos latius diſtãtes ſulcos medius cumulus ſiccã ſedẽ frumẽtis ꝓbeat.

Lire in agris.

Dicamus planius & explicatius litare & ſulcare qđ dũ fit ab agricola ſæpe ſulcus paꝝ rectus duciť ſæpeque colonus a recto tramite deuius aberrat. unde ut docet plinius noſter appellata deliratio eſt: q̃ ſenilis eſt ſtultitia & delirare dicim⁹ iſanire ſenes.quaſi a recto recedẽtes.& deliriũ ipſã iſaniã. muſæ ergo lirãt a recto ſulco de errantes cũ ipſe phœb⁹ nũq̃ torq̃at aulaca.i. nũq̃ flectat ſulcũ.nec fiat erraticus ſulcus græco uocabulo dř αυλαξ αυλακοσ aulax aulacos: ex hac nã iterpͣtatõe eluceſcit iã opior locus auſõii tenebricoſiſſim⁹:& ſqualore deterſo ſplẽdeſcit.

Deliratio
Delirare.
Deliriũ.

intrahẽs greſſus:cubile ſolitũ conſcenderit:iãq; prorectus:& exordio ſõni ꝑmẽtis iplicitus:altũ ſoporẽ flare cœpit:toro delapſa:nudoq; ueſtigio pẽſilẽ gradum paullulati minuẽs:cecæ tenebræ cuſtodia liberata lucerna:ꝑclari tui facioris opportũitatẽ:de lumĩs cõſilio mutuaꝛ.& ancipiti telo illo:audaciter pri⁹ dextera ſurſũ elata:nixu q̃ ualido : noxii ſerpẽtis nodũ ceruicis & capitis abſcide.nec noſtrum tibi deerit ſubſidium. ſed cũprimũ illius morte ſalutẽ tibi feceris:anxie ꝑſtolabimur: cũctiſq; iſtis ſotiis tecum relatis : uotiuis nuptiis hoĩem te iungemus homini. Tali uerboꝝ incẽdio flãmata uiſcera ſororis:iã prorſus ardẽtis deſerẽtes:ipſæ protius tanti mali conſiliũ ſibi:etiã eximie metuentes:

INtrahẽs trahẽs. SOMni ꝑmẽtis.altior q̃es & uehemẽtior ſõnus ẽ prius q̃ nouiſſimus.iplicatq; ꝑſſius grauiuſque corpora mortaliũ:de quo poeta.Tẽpus erat quo pria q̃es mortalibus ægris icipit & dono diuũ gratiſſima ſerpit. Soporẽ flare:ſic Vir.extructus toto ꝓflabat pectore ſõnũ.M.T.i epl'is ad atticũ Marcellus iq̃t cãdidatus ita ſtertebat:ut ego uicinus audirẽ.M.Celii in antoniũ ẽ illa luculẽta deſcriptio.Nãq; ipſũ offẽderũt tẽulẽto ſopore ꝓfligatũ totis ꝑcordiis ſtertẽtẽ.Ructuoſos ſpũs gemiare:obiter Satyrici poetæ uerſus ẽ diſcutiẽdus.quẽ grãmatici pͥcuriã trãſmittũt:nihil occultioris itellectus ſubeſſe ſuſpicantes uerſus ex pria ſatyra.iuuẽalis notiſſimus ille ẽ doctus & ad calicẽ uigilãti ſtertere naſo.qs nõ expõit doctus ſtertere uigilãti naſo.ꝙ ſimulet maritus ſe dormire cũ uigilet ut ipũitus mecheť uxor.Veꝝ attẽde qđ ego i eũ ſenſũ excogitaueri.hõ q̃nto altiore ſõno dormit.tãto ſonãtius ſtertit.ſõus ãt ille ſtertẽtis & rõchus fit naſo.uñ feſtiuiter.nec mius elegãter & ſcite dř hoĩs dormiẽtis & ſtertẽtis naſus uigilare cũ clamoſus ſit& obſtrepus.hoc ex plautia lectõe obſeruauimus:ſic.n.i milite ſcriptũ ẽ.an dormit ſceledrus itus?nõ naſo qdẽ nã eo magnũ clamat.tetigit calicẽ euidẽter docet plautus.naſũ uigilãtẽ dici & eẽ i hoĩe dormiẽte.nã cũ dormiẽs q̃etus taceat naſus ipſe nõ tacet.ſed clamat.& q̃ clamat uigilare dř nõ dormire.ex hac plautia elegãtia & ſenſu nimiꝝ trãſtulit id ſatyrographus uigilãti ſtertere naſo:qđ totũ urbaniſſime dictũ ẽ:q̃to.n.magis maritus uxoris mocchæ ſtertebať uel ſtertere ſe ſimulabat tãto magis naſo clamabat:ut ita fidẽ faceret ſõni.talis ãt naſus uigilãs ſcitiſſime dř q aure ẽ neq; ſurda nec hiſpida elegãtiã poeticã pcipit & iuẽtis nrĩs plauſibiliter aſſurgit.

Locus iuuenalis curioſe ppenſus.
Vigilãti ſtertere naſo.
Naſo magnum clamat.

PENſilẽ gradũ: ſuſpẽſũ liberatũq; ne.ſ. ſtrepitu pedum & ſonitu excitari poſſit.pẽſilia appellat.M.Varro.poma q̃ ſuſpẽſa ſũt ex lacunari:q̃ mox ad edẽdũ deſcẽdere cogimus.plinius uuas pẽſiles ꝓbat:q̃ decerptæ diu pepẽdere:qua uẽtilatõe ẽt utiles fiunt ſtomacho ægriſq;.nã & refrigerãt leuiter.& faſtidiũ auferũt.idẽ balineas ſergii oratæ pẽſiles fuiſſe dicit. idẽ hortos pẽſiles tradit thebis egyptiis fuiſſe extructos.Curtius ſtrabo cæteri celebrãt hortos penſiles babylõios memorãtq; iter mũdi miracula.q i edito ſupra muꝝ arcis poſiti uiſebãť.ſoſtratus architectus prius oĩum penſilẽ ambulationẽ gnidi feciſſe tradiť.

penſilia poma
penſiles uuæ.
penſiles horti.

PAVlulati:a paululo aduerbiũ fit paululati.idẽ ſignificans quod paulati minutati.pedetenti. MVtuare:cape ſume. ANcipiti telo:nouaculã præacutam intelligit cuius ictus anceps eſt & mortiferus.dici etiam poteſt telum anceps duplicem habens aciem & utrinq; acutũ.ut eſt bipennis. AVdaciter : quod nos audacter dicimus dixit audaciter qđ ex regula grãmatices elegantius eſt de quo caper grãmaticus ſic.audacter latinũ eſt ſed audaciter melius eſt:quia noĩa in.x.littera terminata in aduerbiis iter aſſumunt.ut atrox atrociter.ferox ferociter uelox uelociter ſic & audax audaciter.uerum conſuetudo dña reꝝ & maxime uerboꝝ obtinuit ut audacter paſſim dicať. NIxu q̃ ualido:conatu ualentiſſimo. NOdũ ceruicis:Quo.ſ.caput ceruici cõnectiť. ISTIS ſociis:familitium intelligit neq; tactile neq; uiſibile.qđ pſyche ancillabať præſtoq; erat.

Homo
fœmina.

HOminẽ te:appellatione hominis mas & fœmina continetur. Seruius ſulpitius in epiſtola ad Ciceronem.paucis poſt annis tamen ei moriẽdum fuit.quoniam homo nata fuerat.illud ſatyrographi quis ignoratur?clames licet & mare cœlo confundas homo ſum. CONfinium:proximitatem.

FLAtus alitis:zephyrus ſignificaťcuius flatũ alitẽ uocat.ob celeritatẽ:& qa uenti finguntᷓa poetis ala
ti & uolatici. PERnici:ueloci & rapida.alias pernix diciťpſeuerans. SOla nõ eſt:pſyche ſola erat & pernix.
nõ ſola.nã ex habitu ſororꝝ ſola relicta uidebať:ſed cũ a furiis intrinſecus uexareť ſola dici nõ poterat.
FLVctuat:ſic Virgilius magno curarũ fluctuat eſtu plautinus amator elegãter ait ſe maritimis mo
tibus agitari a cupidine.ſic.n.curæ huc & illuc rapiunt mentẽ ut æſtus fluctuant & agitanť. DIFfert
audet:uarii affectus.& inter ſe cõtrarii miſerã pſychẽ diſſipabãt:q decẽti uerborꝝ uarietate explicanť in
fœmina ſic apud plautũ alceſima
chus affectibus multiiugis diſtra
hiť in ciſtellaria. BEſtia:ſic enĩ
credebat pfuſa inductaqꝫ uafram̃
tis ſorariis. VEneris p̃liis uelita
tus:decenter & ſatis opte ſignifi
cat cupidinẽ cũ pſyche primos cõ
cubitus exercuiſſe.nam ut uelites
milites haſtis uelitaribus ~~pleriantur~~ preliaritur
pugna mauortia.ſic bellato
res ueneris p̃lio uenerio cõgredi
unť.nãqꝫ & ueneri ſua ſunt bella Bella ue
uidelicet nocturna.& conflictus neria.
amatorii:de qbus poeta atqꝫ non
in uenerẽ ſegnes nocturnaqꝫ bel
la:& a martiale dictũ eſt o q̃ prelia
quas utriqꝫ pugnas fœlix lectulus
& lucerna uidit:de hac re ſic fulgẽ
tius:nocte aduenĩens maritus ue
neris p̃liis obſcure peractis. SE
xũ audacia mutauit: q̃ ob ſexũ fœ
mineũ infirma & meticuloſa eſſe
debebat.hæc ex audacia ĩ uirum
reformata eẽ uidebať.& quaſi ui
rago facta.dũ facinus uirile cape
ſcit.fœminæ.n.naturaliter paui
diores ſunt.uiri aĩoſiores.uñ mu
lier ut Varro ĩterpretať.& memo
rat Lactantius ĩmutata littera ue
lut molier.ſicut uir a ui noĩatus ẽ. Mulier a
qd maior in eo uis eſt q̃ in fœmi mollicie.
na. DVLciſſimã beſtiã:nulla in
ter aĩantes oĩs dulcior nulla miti
or eſt cupidĩe cuius mellitæ blãdi
ciæ & illicia dulciſſima illaqueant
aĩos mortaliũ.& poſſeſſos in mã
cipatu tenent. LVmẽ increbu
it:ex hoc intelligi uult miram pul
chritudĩs exuberantiã in cupidĩe:

flatus alitis ĩpulſu ſolito porrectæ ſup ſcopulũ ilico
pernici ſe fuga proripiunt.Statĩque cõſcenſis nauibus
abeũt.At pſyche relicta ſola:niſi q̃ infeſtis furiis agita
ta:ſola nõ eſt:æſtu pelagi ſimli merendo fluctuat.&
q̃uis ſtatuto cõſilio:& obſtinato animo:iam tũ facino
roſas manus admouẽs:adhuc incerta conſilii titubat.
multiſqꝫ calamitatis ſuæ diſtrahiť affectibus.feſtinat.
differt.audet.trepidat diffidit.iraſciť.& qd ẽ ultimũ:in
eodẽ corpore odit beſtiã.diligit maritũ.ueſpa tamẽ iã
noctẽ trahente.p̃cipiti feſtinatiõe:nefarii ſceleris ĩſtru
it apparatũ.Nox aderat.& maritus aderat:primiſque
ueneris preliis uelitatus altũ ſoporẽ deſcenderat.Tũc
pſyche & corporis & aĩmi alioquin infirma:fati tamẽ
ſeuitia ſubminiſtrante:uiribus roboratur.& prolata
lucerna:& arrepta nouacula:ſexum audacia mutauit.
ſed cumprimum luminis oblatione tori ſecreta clarue
runt:uidet omnium ferarum mitiſſimam:dulciſſimã
que beſtiam:ipſũ illũ cupidinẽ formoſũ deũ.formoſe
cubantẽ.cuius aſpectu lucernæ quoque lumẽ hylara
tũ increbuit.& acuminis ſacrilegi nouacula prænite
bat.At uero pſyche tãto aſpectu deterrita:& impos aĩ:
marcido pallore defecta:tremẽſque decedit in imos po
plĩtes.& ferrꝝ quærit abſcondere.ſed in ſuo pectore.qd
profecto feciſſet:niſi ferrum timore tanti flagitii:mãi
bus temerariæ delapſum euolaſſet.iamque laſſa ſalute
defecta:dum ſepius diuini uultus intuetur pulchri
tudinem recreatur animi.uidet capitis aurei genialem
ceſariem ambroſia temulentam ceruices lacteas:genaſ
que purpureas:pererrantes criniũ globos:decoriter

cuius aſpectu & ſplẽdore ſplẽdor lucernæ fieret hilarior fulgentiorqꝫ & nouacula magis ac magis ſplẽ
deſceret.& nitore nimio radiaret. PRAEnitebat:ualde nitebat ſplendebatqꝫ. PALlore defecta:ex
aĩata.& p̃ fortitudĩe uiribus deſtituta & quaſi lipothymia.hoc eſt aĩo linquente deficiens.Marcidũ aũt Lipothy
pallorẽ appellat ab affectu.cũ ex metu marceſceret.& lãguidior facta eẽt.nec ſui cõpos. IN imos po mia.
plites.in hanc ſententiã eſt illud Ouidianũ poplite ſucciduo genua intremuere fugitqꝫ & color & ſan archaiſ
guis:aĩuſqꝫ reliqt euntẽ. REcreať aĩ:refoueť aĩo ac refocillať.archaiſmos eſt.ſic.n.ueteres loquebãť: m os.
& taliũ locutionũ referti ſunt eruditorꝝ libri. GEnialẽ cæſariẽ:deſcriptio graphica luculentaqꝫ eſt for Canon
mæ cupidĩs.a quo uelut canone & lege quadã liniamenta oĩs pulchritudĩs petẽda ſunt:ſicut olĩ a ſta polycleti
tua polycleti artifices liniamenta artis petebãt uelut a lege quadã quẽ ob id canona uocãt.huiuſce ca Temulẽ
nonis polycletei mẽtio quoqꝫ fit a galẽo.ſed uulgus medicorꝝ id parꝝ recte p̃cipit. AMbroſia temu tus.
lentã:ut ſignificaret cupioſo unguẽto p̃fuſã fuiſſe cupidis comã & quaſi ĩgurgitatã emphaticos temu Temulẽ
lẽtã dixit.ſicut.n.temulẽtus hoc ẽ ebrius hõ fit uini largitate ſic cæſaries larga unguẽti copia madẽs & tia.
ſatura dici põt temulenta:Temulẽtũ ãt ebriũ dici qs ignorať?& temulẽtiã ebrietatẽ.a uino qd antiqui Temetũ.
temetũ appellauerũt.auctores plinius.Gellius cæteri.ſcripſit Cato iõ p̃pinquos fœminis oſculum da ambroſi⁹
te.ut ſcirẽt an temetũ olerent.i.uinũ. AMbroſia:αμβροσιοσ dicitur ĩmortalis.unde ambroſiã.pro ambroſia

impeditos.alios ante pendulos.alios retro pendulos: quorꝫ ſplẽdore nimio fulgurãte:& ipſum lumẽ lucernæ uacillabat.p humeros uolatilis dei pinnæ roſcidæ micãti flore cãdicãt:& q̃uis aliis qeſcẽtib9: extimæ plumulæ tenellæ:ac delicatæ:tremulæ reſultãtes: ĩquietæ laſciuiunt.cæterꝫ corpus glabellũ:atq; luculẽtũ:& quale pepiſſe uenerem nõ pœnitet. Ante lectuli pedes iacebat arcus:& pharetra: & ſagittæ magni dei propitia tela. quæ dum inſatiabili animo Pſyche ſatis curioſa rimatur.atq; ptractat.& mariti ſui miratur arma:depromit unã de faretra ſagitam.& pũcto pollicis extremam aciem periclitabunda trementis etiam nunc articuli nixu fortiore pupugit altius:ut per ſummã cutẽ rorauerint puulæ ſanguinis roſei guttæ.ſic ignara Pſyche ſpõte ĩ amoris ĩcidit amorẽ. Tũc magis magiſq; cupidine flagrans cupidinis:prona in eum efflictim inhians:patulis ac petulantibus ſauiis feſtinanter ingeſtis de ſomni menſura metuebat.ſed dũ bono tãto percita: ſaucia mente fluctuat:lucerna illa ſiue perfidia peſſima: ſiue ĩuidia noxia:ſiue quod tale corpus contigere & quaſi baſiare & ipſa geſtiebat: euomuit de ſumma luminis ſui ſtillã feruentis olei: ſuper humerũ dei dextrũ. Hẽ audax & temeraria lucerna. & amoris uile miniſteriũ ipſũ ignis totius deũ aduris: cũ te.ſ. amator aliqs. ut diutius:cupitis etiã nocte potiret: primus ĩuenit: ſic

deorꝫ unguento uſurpãt poetæ & pabulo diuino.Martialis.iuppiter ambroſia ſat eſt & nectare uiuit. Ouidius de equis ſolis ſcribens ait.ambroſianã ꝓ grãmine hñt:apud Ciceronẽ in ſecundo de oratore iocabat ĩqt Catulus ꝓſerti cũ ita dicat ipſe ut ambroſia alendus eẽ uideat plinius libro.xxy.ambroſiam herbã eẽ refert:quã qdã botryn uocant ſimplici caule odore nõ iniucondo.ambroſius choraules.ambroſiæ comæ.ambroſius liquor a poetis uſurpant:oĩa.ſ.ab eodẽ fonte deducta.ex quo ambroſius deriuat.i.ĩmortalis.& diuinus. IMpeditos:decenter ĩplicatos nodatoſq;. ANtependulos:hos capillos antiqui antias appellauerunt

antiæ.

q in frontẽ demiſſi ſunt. alio noie

capronei

capronei noĩant quaſi a capite ꝓni.apuleius in floridis iã primũ inquit crines eius ꝓmulſis antiis ꝓmulſis caproneis anteuentuli & propendul. VOlatilis dei cupidinis quẽ aligerꝫ. & uolaticũ poetæ fingunt:cauſam refert alexander aphrodiſeus in problematis.

Cur uolaticus cupido.

qm.ſ.cupiditas amãtiũ nõ diuturna eſt.nec oĩo ſtabilis ſed uolatica & mutabilis euagat ꝓterea q̃ſi alis aĩ amantiũ attolunt. ROſcide quaſi rore cõſperſæ uel potius colore roſeo ſplẽdicantes. ALiis: corrige alis:alas.n.qeſcẽtes & immotas ĩ cupidĩe ſopito fuiſſe ſignificat:cũ tñ plumulæ illæ teneriores molliores q; tremore quodã agitarẽt. EXtime:exteriores ſicut intimus dicit ĩterior:ita extimus exterior.& ꝓ extremo põit & in apologia extimo mundi tergo degit Au.Gellius circulos minimos. q axẽ extimũ tãgũt. INqete:mobiles. GLAbellũ:ſine pilis ac leuore terſiſſimũ. LEctuli pedes: ingẽs copia ẽ rerꝫ ſine noĩe:quas nõ ꝓpriis appellatõibus notamus ſ; aliẽis.ut canẽ & uẽaticũ & marinũ & celeſtẽ dicim9 ſic pedẽ & noſtrũ & lecti.& carmĩs: mutuamur eñi aliẽa quotiẽs ſingulis ſingula aſſignare nõ poſſumus.auctor Seneca.lib.iii.de bñficiis.

axis extimus.

pes lecti & ueli.

Magnus deus amator.

MAgni dei.cupidis plato ĩ ſympoſio:Magn9 de9 ẽ amor.& apud hoĩes deoſque mirãdus idẽ poſt paulo amorẽ magnũ demonẽ eẽ autũat. RImat.explorat. PEriclitabũda:ꝓtẽtãs.ac ꝓiculũ faciẽs an ſagittæ cuſpis foret penetrabilis. NIſu.cõatu. ROrauerit.iſtar roris manauerit fluxeritq;.rorarii apud antiquos appellãt milites q primi ꝓliũ cõmittebãt a rore dicti q an̄ rorat q̃ pluit

Rorarii.

IN amoris amorẽ. alterꝫ deũ cupidinẽ.alterꝫ dilectionẽ ſignificat.ex eadẽ elegãtia ẽ cupidĩe cupidis flagrãs.i.cupiditate dei amoris exeſtuãs. AFflicti ĩhiãs.uehemẽter ac ĩmodice deſiderãs.qd.n.deſiderãter nimis appetimus id ore hiãti & patulo ĩuadere ſoleũs. DE ſõni mẽſura: ne ſõnus quo ſoporatus erat cupido fieret breuior. EVOmuit ſtillã olei.fulgẽtius.ſcĩtilãtis olei deſputamẽto maritũ ſuccẽdit ex nimio ãt olei alimẽto notãus accĩdere ĩ lucernis accẽſis.ut ſtilla liquoris decidat.ſicut ſidera ut ĩquit plinius igneã ui reddũt abũdãtia alimẽto tracti hũoris cũ decidua uiſũt. ꝓſagiũ ẽ futuræ hyemis ſcĩtilas lucerna.uñ ait poeta.teſta cũ ardẽte uiderẽt ſcĩtilare oleũ & putres cõcreſcei fũgos plinius quoq; ait pluuiæ nũtios eẽ ĩ lucernis fũgos. IGNIS deũ aduris.qd ĩcredibile uideri põt.id a lucerna fatigatũ ẽ ut.ſ. ureret cupidinẽ.q deus ẽ uredinũ.& ignis numẽ:q cæco igni carpit uitalia amatorꝫ.& occũlta ĩflãmatione ꝓcordia populat ĩ tñ ut hõ uere amãs totus ignis fiat.iuxta illud q̃ritis ignẽ:ite huc.q̃ritis ignis hõ ẽ merito ãt lucerna fingit ĩteruenire reb9 cupidĩeis.ſiqdẽ amor. ut ĩqt fulgẽtius mythologus. qd aliud niſi flãma fert:extiguit lucerna amatoria.qñ uapore ætatis extĩcto libido cõmorit & oĩs calorate iuuẽtutis igniculus tepidæ ueternoſitatis algeſcit ĩgẽio. AMAtor iuenerit:lucernã feſtiuiter ait ab amatore ĩuẽtã.ut ad illius lumẽ uoluptate ueneria ꝑ noctẽ potiret.iuuat.n.lux & lumẽ amatores ĩ colluctatõe ueneria de hac lucerna ait ꝓpertius quã mũlta oppoſita narramus uerba lucerna.de hac Martialis

Scintillis lucerna preſagat hyemem.

Cupido deus ignis.

ignis hõ.

Extictio lucernæ amatoriæ.

quam

inuſtus exiluit deus uiſaqȝ detectæ fidei colluuie: pror
ſus ex oculis & mãibus ĩfeliciſſimæ cõiugis tacitꝰ auo/
lauit. At Pſyche ſtatĩ reſurgẽtis eius crure dextro mani
bus ambabus arrepto ſublimis euectiõis appendix mi
ſeranda & ꝑ nubilas plagas pẽduli comitatus extrema
conſequia: tandem feſſa delabitur ſolo. nec deus ama/
tor humi iacentem deſerens: inuolauit proximam cu/
preſſum. deniqȝ eius alto cacumine: ſic eam grauiter cõ
motus affatur. Ego quidem ſimpliciſſima Pſyche parẽ
tis meæ ueneris ꝓceptorum ĩmemor: quæ te miſeri ex/
tremiqȝ hoĩs deuictã cupidinẽ: ĩfimo matrimonio ad/
dici iuſſerat: ipſe potius amator aduolaui tibi. Sed hic
feci leuiter ſcio: & præclarus ille ſagittarius ipſe: me te
lo meo ꝑcuſſi. teqȝ cõiugẽ meã feci: ut beſtia. ſ. tibi uide/
rer: & ferro caput excideres meũ: qd iſtos amatores tu/
os oculos gerit. Hic tibi identidẽ ſemꝑ cauẽda cenſebã
Hic beniuole remonebam: ſed ille quidẽ conſiliatrices
egregiæ tuæ: tam ꝑnicioſi magiſterii dabũt actutũ mi/
hi pœnas. te uero tãtũ fuga mea puniuero. cũ termino
ſermonis: pĩnis in altũ ſe proripuit. Pſyche uero humi
proſtrata & quantũ uiſu poterat: uolatus mariti pro/
ſpiciens: extremis affligebat lamentationibus animũ.
Sed ubi remigio plumæ: captu maritũ proceritas ſpa/
tii fecerat alienum: per proximi fluminis marginem
præcipitem ſeſe dedit. Sed mitis fluuius: in honorem
dei ſcilicet: qui & ipſas aquas urere conſueuit: metuẽs
ſibi: confeſtim eam ĩnoxio uolumine: ſuper ripam flo
rentem herbis expoſuit. Tunc forte pan deus ruſticus
iuxta ſuperciliũ amnis ſedebat. complexus hic humo

quã cubicularẽ uocat dulcis cõſcia lectuli lucerna qcqd uis facias licet tacebo. in uẽtũ amatoris idoneũ lucerna eſt: cũ totus ardeſcit totus ſit flãmiuomus. celebratur ſcriptoribus Lucerna appellata polymyxos a multitudine nariũ ſiue angulorꝫ qbus ellychnia cõpluſcula ſic. n. funiculi dicũtur ĩ lucernis accẽſa illuſtrãt triclinia. Tales ſunt lychni penſiles laquearibus depẽdẽtes. quorꝫ flãmis noctis tenebræ illuminantur. de lucerna polymyxo. eſt illud epigrãmatarii diſtichon. Illuſtrẽ cũ tota meis cõuiuia flãmis totqȝ gerã myxos una Lucerna uocor. Ab hac lucerna lychnidẽ puellã pſychen appellat fulgẽtius quaſi Lucernariã. INVſtus: Exuſtus uſtulatuſqȝ. COLLuuiæ: Fœditate flagitioqȝ. EVEctiõis appẽdix: Appẽdix dicitur qd' eſt adiunctum. quaſi ex alio pẽdeat. M. Tullius ĩ hortẽſio corpus eẽ tradit appendicẽ animi. υποκοριστικωσ appẽdicula noiat'. pſychen ait fuiſſe appẽdicẽ cupidinis dũ euehitur ſuſtolliturqȝ uolatu qñ eius inherens pedibus pendula uiſebatur.

CONſequia: A cõſequendo dicta quaſi ſequela quædã & cõſectatrix. CVpreſſum: Arborẽ. ſ. feralem. & diti ſacrã. & ideo funebri ſigno ad domos poſitã. SIMpliciſſima ꝓ: Caſtigatio q̃ cupido pſychen inceſſit: q̃ ob ſimplicitatẽ fallacibus ſororibus nimiũ crediſſet: a qbus inducta circũſcripta decepta eſt: dũ ſimpliciter nimis & ꝑcliuiter credulitatẽ ſuã illis addixiſſet oblita mariti mãdatorꝫ. eſt aũt credulitas deceptionũ mater. ut inquit fulgẽtius. PArẽtis: Matris.

ADDIci: Mãcipari. & addictam obnoxiãqȝ tradi. ut nõ tã libero q̃ ſeruili matrimonio iungereris.

PERcuſſi: Cupido q alios ꝑcutere ſolet ſagittis urẽtibus. ſe ipm eodẽ telo percuſſit. dũ ĩ amorẽ pſyches exardeſcit. TELO meo: Prouerbiũ græcũ ẽ. πυραυστου μοροσ de his q ſe telo ſuo percutiunt. ſibiqȝ ipſi exitiũ parãt: eſt eñi pyrauſta. beſtiola uolucris: q̃ lucernis ultro aduolat igniqȝ crematur uñ eſchylus ſcite dixit μορορ πυραυστου μορορ. i. ſtultã pyrauſtæ mortem: quæ ſcilicet ultronea ſe cremat. CAput excideres: Sic eñi ſuaſerant ſorores: ut pſyche caput abſcinderet nouacula ſerpẽtis. AMAtores oculos: Oculi ĩ capite cupidinis ſiti amatores merito pſyches dicũtur: qñ amor ꝑ oculos delabit': Nã ut iqt Proptius. ſi neſcis oculi ſunt ĩ amore duces: & ab eccleſiaſticis ſcriptoribus oculi mechationũ pleni eẽ tradũtur. Quintilianus quoqȝ ĩ ea declamatiõe cui titulus ẽ cæcus ĩ limine: ſunt iqt oculi tota noſtra luxuria. hi nos ĩ oĩa quotidie uitia ꝑcipitãt. mirãt' adamãt. cõcupiſcũt. apud Philoſophos amoris diffinitio ẽ pulchritudinis fruẽdæ deſiderium hac aũt ꝑ oculos fruimur. HIC: Hæc. IDENtidẽ: Frequẽter. CONſiliatrices egregiæ: Cũ irõia dictũ. ACTVtũ: Cõfeſti ſine dilatiõe aduerbiũ tpis ẽ. Virgilius. tũ cætera reddet actutũ pius æneas. Ouidi. quos eqdẽ actutũ. ſed qd ꝓdicere pœnã attinet. CAptu: Remigiũ iqt alarꝫ cũ ĩ altũ cupidinẽ ſuſtuliſſet alienũ fecerat a captiõe ne iterꝫ mãibus pſyches ꝓhẽdi poſſet: Dixit ãt remigio plumæ ex uirgiliana trãſlatiõe. q canit ĩ. vi. Remigiũ alarꝫ poſuitqȝ ĩmania tẽpla. captu dixit. quaſi captiõe preſiõeqȝ. qdã legũt raptũ. prior lectio uenuſtior. AQuas urere. Cũ aq̃ elemẽtũ ignis cõtrariũ ſit & ignẽ ſuapte natura reſtinguat: elegãter dictũ ẽ aquas exuri flãma cupidinis. q nymphas aquaticas pſæpe iflãmauit: & amoris incẽdio flagrãtes reddidit. ut poetæ canũt. INNOxio uolumie: Vertigie & uolubilitate nihil pſychẽ pẽitꝰ ledẽte.

SVpciliũ: Altitudinẽ ſũmitatẽqȝ marginis amnicæ: ſic Virg. ecce ſupcilio cliuoſi tramitis undã elicit.

Lucerna cubicularis.
amator flammiuomus.
Lucerna polymyxos.
Lychnis pſyche.
appẽdix
appendicula.
Cõſeqa.
Credulitas mater deceptionũ.
Prouerbium.
πυραυστου μοροσ.
Stolida pyrauſtæ mos.
amor ꝑ oculos.
Oculi luxuria hominum
Actutũ.
Captu ꝓ captione
Supciliũ.

CANnā deā: Fabulā ſignat. q̄ canit nymphā noīe ſyringa amatā fuiſſe a pane deo paſtorali. eāq; in arūdinē demutatā eſſe cū amatorē inſequentē fugitaret. Tūc pan fiſtulā ex cāna glutino ceræ cōpegit. græco uocabulo συριγξ fiſtula noīat. Pli. ſyringiā calamū uocat fiſtulis utiliſſimū: qui totus cōcauus eſt: Auleticon uero tibialē. græce. n. αυλοσ tibia. Idē ait calamos aucupatorios uocari zeugitas neſcio an melius ixeugitæ dicāt. nā ιξευω aucupor ιξοσ uiſcū. ιξευτησ aucupem ſignificat: Ab eodē Plinio donax. calamus noīat. qui fructicoſiſſimus eſt. græce. n. δοναξ calamus & harūdo ſignificat. a cāna fit cānetū. qd ē harūdinetū. REtinere: Cōmodior lectio eſt recinere: cāna enī fiſtularis recinit hoc ē canendo reddit uoces oīmodas. ad marē Recanūt dixit Pli. de pdicib' ſcribēs. VAgo paſtu: Libera paſtiōe. HIRtuoſus: Pan ſignificat qui uilloſus & hirtus pingit. nam pan ī naturæ ſimilitudinē formatus eſſe tradit. uñ & pan dictus. Id eſt oē. habet cornua in radiorꝫ ſolis & cornu lunæ ſimilitudinē: rubet eius facies ad ætheris imitationē. in pectore nebridē hēt ſtellatā ad ſtellarꝫ imaginē. pars eius inferior hiſpida ē pp arbores uirgulta & feras. caprinos pedes habet. ut oſtendat terræ ſoliditatē fiſtulā ex ſeptē calamis cōpactā pp armoniā cœli ex ſeptē tonis cōſtantem auctor eſt Herodotus pana inter octo egyptiorꝫ deos noīari. cuius ſimulachrū capria facie hirciniſq; cruribus figuret. Mendeſii pana ī primis uenerantur. apud quos caprarii in p̄cipuo ſunt honore: pan uocatur mendes lingua egyptiaca. olim audita eſt uox a nauticis in mari magnū pana mortuum eē.

cānam deam: eāq; uoculas omnimodas edocens retinere. proxime ripam uago paſtu laſciuiunt comā fluuii tondentes capellæ. hirtuoſus deus: ſauciam Pſychen: atq; defectam: utcūq; caſus eius non inſcius clementer ad ſe uocatam: ſic permulcet uerbis lenientibus. Puella ſcitula: ſum quidē ruſticanus & opilio: ſed ſenectutis prolyxæ beneficio multis experimentis inſtructus. Verum ſi recte coniecto: quod profecto prudētes uiri diuinationē autumāt: ad iſto titubante: & ſepius uacillante ueſtigio: deq; nimio pallore corporis: & aſſiduo ſuſpiritu: imo & ipis merētibus oculis tuis: amore nimio laboras. Ergo mihi auſculta. nec te rurſus præcipitio: uel ullo mortis accerſito te genere pimas: luctū deſine. & pone mœrorē: precibuſq; potius cupidinem deorum maximum percole. & utpote adoleſcentem delicatum luxurioſumq; blādis obſequiis promerere ſic locuto deo paſtore: nulloq; ſermone reddito: ſed adorato tantum nomine ſalutari: Pſyche pergit ire. Sed anteq̄ multum uiæ laboranti ueſtigio pererraſſet:

TONdentes capellæ: Carpentes. & enī a carpendo capræ noīatæ quarꝫ ſaliua & morſus eſt arborū uenenū. oliuāq; quā lamberit capra ſtatī ſterileſcere. M. Varro & Plinius prodiderūt. apud græcos prouerbiū eſt αιξ ουρανια capra cœleſtis de fortunatis. qbus p̄ſto eſt qcqd cōcupiſcūt. cui cōſimile eſt illud quoq;. κερασ αμαλθειασ. i. cornu copiæ. PVELLA ſcitula: Verba panos ruſticani dei. ad pſychen quā ſcitulā appellat. quaſi dicas uenuſtulā & elegātē: Terētius in Andria ſcitus puer eſt natus pāphilo: ubi a donato exponit elegās & pulcher: quē græci ωραιον dicunt: hinc aduerbiū ſcite qd' eſt eleganter & pulchre. OPIlio: Opiliones paſtores ouiū dici quis ignorat qui illud tātū legit uulgatiſſimū. uenit & opilio tardi uenere ſubulci. græce dicitur μηλοβοτησ. EXPErimētis inſtructus: Longa ætas ut inquit elegāter Plautus ſapientiæ cōdimētū eſt. DIVInationē autumāt: Coniectura diuinatio q̄dā eſt. dicta coniectu. i. dirrectione quadā rationis ad ueritatē: unde etiā ſomniorꝫ atq; oīum interp̄tes cōiectores uocātur. auctor Quintilianus. TITVbante ueſtigio: Titubans ueſtigiū pallor īmodicus ſuſpiria crebra indicia ſunt amoris. olim heraſiſtratus medicus ex cōiectura cōſimili amorē deprendit inclusum antiochi medullis: qui egritudine amatoria tabeſcens in lecto cubans accedente ſtratonice: q̄ uiſendi cauſa ad eū frequenter uentitabat tanta repente pturbatione occupat. ut defectū uocis ruborē uultus intuitū oculorꝫ ſudores acutos motū incredibilem uenæ cūctaq; alia ſigna. q̄ ſappho de amatoribus refert intueri in adoleſcente liceret: ſtatimq; poſt hæc deficiente pedetentim ſenſu ingens pallor toto corpore diffundebat. hæc obſeruās cōſultiſſimus medicus ſciēter cōiectauit ſtratonices amore captū eſſe Antiochū. & uafricia quadā atq; aſtu circūueniens ſeleucū effecit ut antiocho ſtratōica nuberet. Medicinā coiecturalē eſſe autumant. & ex cōiectura quaſi addiuinantes medicos ſalutariter mederi. SVſpiritu: Suſpiratu: ſuſpirio. ACCERſito: Euocato adhibitoq;. CVPIdinē deorꝫ maximū: Iuppiter maximus quidē dicitur ſed tamē a cupidine uincitur: cui cūcta ſuccūbūt apud Ouidium ait uenus ad filiū: Tu ſupos ipſūq; iouē: ut numia pōti uicta domas: & ut inqt Seneca. Sacer ē ignis credite leſis. nimiūq; potens & in oē mūdi parte hic regna tenet puer īmitis ſpicula cuius ſentit oē genus aīantū. OBSEquiis promerere: Concilia tibi cupidinē illi p̄ſtando obſequia blanda. & beniuolum redde: nā ut inqt Ouidius flectit obſequio curuatus ab arbore ramus. obſequiū tigreſq; domat tumidoſq; leones: cōſimile ē illud Quintiliani. ut pleniore obſequio demereret amātiſſimos mei. NOmine ſalutari: Lego numine: pſyche enī cum adoraſſet numē panos ſalutare & propitium ire perrexit.

Arundo ſyringia.
Auletic' calamus
Ixeugitæ calami.
Donax.
Cannetū
Recanūt
De pane deo.
Mendes pan.
Capræ a carpēdo.
αιξ ουρανια.
Prouerbium.
Scitus.
Scitulus.
Scite.
Coniectura diuinatio.
Coniectores.
Amor antiochi cognit' a medico.
Medicina coniecturalis.

INſcio tramite:Ignoto & latente/Virgilianum eſt.paſtor agens telis liquitq; uolatile telum neſcius hoc eſt ignoratus.& latens.Vocabula enim ſunt compluria quæ utroque uerſum accipiũtur habent/ q; ancipitem ſignificationem.ut formidoloſus.qui timet & qui timori eſt: ut infeſtus qui nocet & cui nocetur. INducta:introducta intra ædes ſororias Alias inductus fraudatus.alias cancellatus.& ex/ punctus.ut inductum decretum apud Tranquillum.inductum teſtamentum apud iuriſconſultos. PERCVNctanti:Sciſcitanti exquirenti ſorori. HAVriret:Voraret abſorberetq;. AEque:pariter PERcita:Commota percul ſa. REBVLliuit:Bulliendo refudit euomuitq; ſtillam feruentis olei.ſuper humerum cupidinis dextrum. myſtico intellectu pſyche lucernã quæ ſub modio contecta erat deregit:ideſt deſiderii flammam in pectore abſconſam depalat. Cuius ebullitione incenditur cupido. quia omnis cupiditas quantum diligitur.tantum ardeſcit.& peccatricem ſuæ carni configit maculam. RE cuſſus:Excuſſus experectuſq;.Virgilius excutior ſomno. FERro & igni: Nouacula & lucerna.

THOro meo diuorte: Ex matrimonio meo diſcede fiatq; inter nos diuortium.matrimoniũ enim dirimitur/diuortio morte captiuitate. ut tradit Paulus iuriſconſultus:Dictum autem diuortium eſt uel a diuerſitate mentiũ. uel quia in diuerſas partes eunt. qui diſtrahunt matrimonium.

RESq; tuas habeto: Verba ſũt ſolemnia:quibus in diuortiis utebantur. nam ut docet Caius iuriſconſultus in repudiis ideſt in renuntiationibus comprobata ſũt hæc uerba.res tuas tibi habeto: item tibi res tuas agito: ſic & matrona plautina diuortens a marito inquit.Tibi habeto res tuas.& apud Martialem menſe nouo iani ueterem proculeiia maritum deſeris atq; iubes res ſibi habere ſuas.in ſponſalibus quoq; diſcutiendis placuit renuntiationem interuenire oportere/i qua re hæc uerba probata ſunt/conditione tua non utar. NOmen quo tu cenſeris: Quaſi dicat tu diceris pſyche.quod anima ſonat.illa mihi erit anima & uita.plautus ait amicam animam eſſe amanti.uel ſicut tu nomine uxoris & matris familias cenſeris.hoc eſt in precio es apud me.eodem hoc nomine ſororem tuam mihi copulabo. ut illa mihi ſit uxor:& mater familias.uel expone/nominatim te nuncupauit/ad differentiam alterius ſororis. ARra:pignore.alio nomine arabonem nuncupamus/dictio frequens eſt utraq; apud auctores.Quadrigarius obſides in fidei pignus datos a ſannitibus Romanis decenter appellat Arrabonẽ:/ in obſceno carmine ſcriptum eſt:utilis hæc arram ſi dederitis erit. EFflaret: Flatu ſuo exterminaret expelleretq;. PRAEconcinnato mendatio: Præparato.& ante contexto conſutoq;. ALIO uento:Non Zephyro illo ſalutari:cuius uectura molli & tuta uti ſolebãt. CAEca ſpe:Dum ſperat.quod nuſq̃ uidet quod ignorat. INhians:Deſideranter cupiens. AT illum locum: Domicilium ſcilicet illud beatiſſimum quo pſyche fortunata prius fruebatur. PER ſaxa cautium:per aſpera ſaxorum. ALitibus:Sic Vir.alitibus liquere feris: aut gurgite merſum unda feret piſceſq; ipaſti uulnera lãbẽt.

Neſcius pro ignorato Formidoloſus.

Infeſtus.

inductũ teſtamẽtum.

Diuortiũ unde.

repudia.

Verba repudiii.

res tuas tibi habeto.

arra.

arrabo.

inſcio quodã tramite iã delabente:accedit q̃dã ciuitatẽ: ĩ qua regnũ maritus unius ſororis eius obtĩebat. Qua re cogita pſyche nuntiari p̃ſentiã ſuã ſorori deſyderat. mox ĩducta:alternis amplexib⁹ mutue ſalutatõis expletis:pcõtanti cauſas aduẽtus ſui:ſic ĩcipit. Meminiſti cõſiliũ ueſtrꝝ.ſ.quo mihi ſuaſiſtis:ut beſtiã q̃ mariti mentito noĩe: mecũ qeſcebat:prius q̃ ĩgluuie uoraci me miſellã hauriret:ancipiti nouacula perimerẽ. ſed cũ primũ ut æque placuerat: cõſcio lumĩe uultus ei⁹ aſpexi: uideo mirꝝ diuinũq; prorſus ſpectaculũ ipſum illum deæ Veneris filiũ. ipſum ĩq̃ cupidinẽ leni qete ſopitũ.

Ac dum tãti bõi ſpectaculo pcita:& nimia uoluptatis copia turbata:fruẽdi laborarẽ inopia: caſu.ſ.peſſimo. lucerna feruẽs oleũ rebulliuit ĩ eius humerꝝ:quo dolore ſtatĩ ſõno recuſſus:ubi me ferro & igni conſpexit armatã tu qdẽ ĩquit: ubi iſtud tã dirꝝ facĩus: cõfeſtĩ toro meo diuorte.tibiq; res tuas habeto.ego uero ſororem tuã:& nomẽ:quo tu cẽſeris aiebat.iã mihi cõfeſtĩ arra: atq; hiis nuptiis cõiugabo.& ſtatĩ zephyro p̃cipit ultra termĩos me domus eius efflaret. Nec dum ſermonẽ pſyche finierat:illa ueſane libidĩs: & ĩuidiæ noxiæ ſtimulis agitata:p̃cõcĩnato mẽdatio:fallẽs maritũ: quaſi de morte parẽtum aliquid cõpiſſet:ſtatĩ nauẽ aſcendit: & ad illum ſcopulum protĩus pgit.& q̃uis alio uento flãte:cæca ſpe tñ ĩhians:accipe me dicens: cupido dignã te cõiugẽ:& tu zephyre ſuſcipe dñam: Saltu ſe maxĩo p̃cipitẽ dedit.nec tñ ad illũ locum:uł ſaltẽ mortua:peruenire potuit. Nã p ſaxa cautiũ mẽbris iactatis:atque diſſipatis:& p ide ut merebat:laceratis uiſceribus ſuis:alitibus beſtiiſque obuiũ ferẽs pabulũ ĩterit. Nec uindicte

ſequẽtis pœna tardauit. nã pſyche errabũdo rurſ⁹ gradu ꝑuenit ad ciuitatẽ aliã. ĩqua pari mõ ſoror morabatur alia. nec ſecius: & ipſa fallacie germãitatis ĩducta: & ĩ ſororis ſceleratas nuptias emula feſtiauit ad ſcopulũ Inq; ſimile mortis exitiũ cecidit. Interi dũ pſyche q̃ſitõi cupidis ĩtẽta: populos circuibat. At ille uulnere lucernæ dolẽs: ĩ ipſo thalamo matris iacẽs ĩgemebat. Tunc auis palba illa gauia: q̃ ſup fluctus marĩos pĩnis natat: demergit ſeſe prope ad oceãi profũdũ gremiũ. ibi cõmodũ Venerẽ lauãtẽ natãtẽque pp aſſiſtẽs: ĩdicat aduſtũ filiũ eius graui uulnere: dolore merentẽ: dubiũ ſalutis: iacere. iãque ꝑ cũctorꝫ ora populorꝫ rumoribus cõuitiiſque uariis oẽm Veneris familiã male audire: ꝙ ille q̃dẽ mõtão ſcortatu tu uero marĩo natatu ſeceſſeritis. ac ꝑ hoc nõ uoluptas illa: nõ gratia nõ lepos. ſed incõpta: & agreſtia: & horrida cũcta ſint. nõ nuptiæ cõiugales. nõ amiciciæ ſociales: non liberꝫ caritates: ſed enormis gluuies. & ſqualentium fœderꝫ inſuaue faſtidium. hic illa uerboſa & ſatis curioſa auis: in auribus Veneris filium lacerans: exiſtimationem gãniebat. At Vẽus irata ſolidum exclamat repente. ergo iam ille bõus filius meus habet amicam aliquam. prome age tu: quæ ſola mihi ſeruis amanter: nomen eius: quæ puerum ingẽuum & inueſtẽ ſollicitauit: ſiue illa de nympharꝫ populo: ſeu de dearꝫ numero: ſeu de muſarum choro. uel de

SEquẽtis: alterius. ſ. ſororis. ERRAbũdo erratico diu multũq; errãte: Catullus errabũda regẽs tenuĩ ueſtigia filo. NEC ſecius: Nec tardius. nec ſegnius. Virgilius currit iter tutũ nõ ſecius æquorꝫ claſſis. Secus aliter ſignificat. ſecius uero tardius & ſegnius. & uidet a ſero dictũ. ut grãmatici notãt: Accius ĩ amphitriõe ſi forte pauloq̃ ueniã ſecius. INq; ſimile: Sicut extĩcta fuerat prior ſoror. ſic ſimili eodẽ quoq; gñre mortis & exitio altera occubuit dũ. ſ. ſe ꝑcipitẽ dat ex ſcopulo. ILle: Cupido. AVIS gauia: gauiæ aues ſũt aquaticæ: q̃ bella gerũt diſſidiaq; cũ anatibus. Plinius ĩ. x. diſſidẽt ĩquit aquaticæ anates & gauiæ: idẽ auctor ẽ gauias ĩ petris nidificare: nũc memorat Apulei⁹ gauiã ĩ imã pelagi ꝓfunditatẽ ſeſe demergẽtẽ ĩdicaſſe ueneri: quemadmodum cupido lucernæ uulnere aduſtus cum dolore decũbebat. COMmodũ: eo momẽto id hore. tũc tũc. ſup hoc aduerbio ſatis multa ĩ ſupiorib⁹ explicata. LAuãtẽ: Merito uenerẽ natãtẽ lauãtẽq; corpus ĩducit ĩ imo oceano ꝓpterea qđ dea maris eſt. & ex ſpũa maris gẽita fert. qđ ideo finxit antiqtas: qa ſpmatis ſiue genituræ natura ſpũoſa ẽ: ut docet ariſtoteles libro ſecũdo de generatiõe anĩmaliũ. PROpter: prope. pp aquã ꝓpter aq̃riuũ dixerũt Lucretius & Virgilius. MAle audire: uituperari ĩfamariq;: ſicure e cõtrario bene audire ẽ laudari celebrariq;. M. Tullius ĩ epiſtolis ad atticũ. me idcirco putẽt bene audire uelle ut ille male audiat: & recte facere non meæ laudis. ſed illius cõtumeliæ cã. MONtão ſcortatu: ait Gauia auis ad uenerẽ familiã ueneris uituperari ipſũq; ĩprimis cupidinẽ ĩfamari. ꝙ ob amorẽ pſyches meretriciũ ſeceſſerit ꝓcul a cõmerito mortaliũ: & ꝙ ipa quoq; uen⁹ ſeſe ſubduxerit ex cœtibus hũanis: dũ natabula aquarꝫ mariarꝫ expetit: qua ex re fieri ait. ut uenere cupidineq; ſublatis ſqualeãt oĩa: horrida & ĩculta ſint: huic ſẽtẽtiæ haud abſimile ẽ illud Senecæ ex tragœdia q̃ ĩſcribit hippolytus. excedat agedũ rebus hũanis uenus. orbis iacebit ſqualido turpis ſitu. ſcortatu autẽ pro ſcortatiõe amoreq; meretricio põit. d ictus ſcortatus ea forma qua cõcubinatus pellicatus. aliaq; id genus. NON uoluptas ulla: Veneris & cupidinis cõites ſũt uoluptas. gratiæ. lepiditates oẽs. Claudianus ĩ epithalamio ſcribit ĩ cõitatu ueneris eẽ delicias oĩs. Dõatus leporẽ uenuſtatẽ eẽ autumat: Vnde lepidus dictus ĩ quo leporis ẽ plurimũ. græci lepida ſquamã uocãt. unde lepos deriuat. ſubducta uenere nulla uſq̃ uoluptas. nullæ gratiæ cõuiſũt: q̃ ſine uenere ĩgratæ ſũt. NVptiæ cõiugales: Sine uenere nõ cõiugia nõ amicicie nõ amores filiorꝫ eẽ poſſũt: ſed cũcta ſqualẽtia. & ſitu deformata ſint neceſſe ẽ. GLVuies: Lego eluuies. qđ ad ſordes & dehoneſtamẽta referẽdũ ẽ. AVIS: Gauia. GANniebat: In ſuſurabat ĩmurmurabat: gãnitio ꝓprie canũ ẽ q̃rula murmuratio. SOlidũ exclamat: ſolida uoce firma magna durabili. nom̃ ꝓ aduerbio. ſic Vir. torũq; repẽte clamat. BOn⁹ fili⁹: irõicos ꝓnũtiãdũ. PRome: enũtiã exprõe demõſtra. ab hoc uerbo ꝓmus dictus. q exprõptuaria cella ꝓmit ciboria: Plaut⁹ ego ſũ ꝓmus cõdus ꝓcurator pẽi. Nomẽ ei⁹. ſ. puellæ. INueſtẽ: cupidinẽ ſignificat q ĩgẽu⁹ & ĩueſtis figurat hoc ẽ ĩberbis. antiq. n. ueſtẽ barbã dixerũt uñ ueſticipes barbati. ĩueſtes q ſine barba ſũt nõiãt: ĩ apologia ĩueſtẽ a nobis accepiſti ueſticipẽ ilico reddiſti. arrogari ñ poterat ut ĩqt Gelli⁹. niſi ueſticeps. DE nympharꝫ popul : Multa ſũt gñra nympharꝫ Nymphæ nũina ſũt fluuiorꝫ a fõtib⁹ ducẽtes originẽ. uñ Virgilius. Nymphæ laurẽtes nymphæ gen⁹ annibus unde ẽ. Nymphæ mõtiũ oreades dicuntur. ορος. n. græce mons eſt. Dryades ſiluarum: quoniam græce. Δρυσ quercus. Amadryades quæ cum ſiluis naſcuntur. ſunt enim quædam nymphæ. ut auctor eſt Plutarchus uiuentes una commorienteſq; cum arboribus. ſunt & napeæ quæ floribus & uirgultis delectantur. ναπηρ græci dicunt ſaltum locumq; ſiluoſum. Naiades fontium. nereides maris. Memoriæ proditum eſt quicuuq; effigiem nymphæ

Errabundus. Secius: Secus. Gauiæ aues aq̃ticæ. propter prope. Male audire. Bene audire. Scortat⁹. Lepor: Lepidus. Lepis. Gãnitio Promus. Condus Inueſtis. ueſticeps nymphæ oreades. dyrades: amadryades. Napeæ. Naiades. uereides

uiderit eū furendi nō facere finē.hos græci νυμφοληπτουσ latini lymphatos appellant.nymphea a nymphis dicta q̄ balnea & lauacra ſignificant:ioſephus nymphea lacus & balneas interp̄tat̄.cū ſic ſcri bit libro primo iudaici belli.apud aſcalonā cōdidit nymphea ſiue lacus.& balneas.νυμφη græce dicit̄ ſponſa νυμφοσ ſponſus. MEAꝝ:graciæ q̄ græco uocabulo charites dicūt̄ merito famulæ ueneris. & miſtræ eē dicunt̄:qm̄ ſine uenere gratia oīs ingrat/a eſt inamabilis & p̄rſus inuenuſta. græci charita uocant uenerē illā ſiue uenuſtatē:quā appelles ſibi peculiariter uendicabat ī pictura qua ſola ſibi nemi nē parē eē dicebat.

meaꝝ gratiaꝝ miſterio. Nec loquax illa cōticuit auis.
Sed neſcio iqt dn̄a:puto puellā ſi prope mēini:pſyches
noīe dicit̄:efflicte cupe. Tūc īdignata Vēus exclāmauit.
uel maxīe pſychē illā meæ formæ ſuccubam:mei nomi
nis emulā:uere diligit:nimiꝝ illd̄ īcremētū lenā me pu
tauit:cui⁹ mōſtratu puellā illā cognoſceret̄. Hic q̄ritās
properiter emergit a mari.ſuūq; protinus aureum tha
lamum petiit.& reperto:ſicut audierat ægroto puero.
Iam inde a foribus q̄ maxime boans.

h Oneſta iqt hic:& natalibus nr̄is:bōæq; tuæ frugi
cōgruētia. Vt primū qdē tuæ parētis:īmo dn̄æ p̄
cepta calcares:nec ſordidis amorib⁹ inimicā me
meā cruciares: Veꝝ ēt hoc ætatis puer:tuis licētioſis &
īmaturis iūgeres āplexib⁹:ut ego nuꝝ.ſ.tolerarē inimi
cā.ſed utiq; p̄ſūis nugo:& corruptor & īamabilis te ſo
lū gn̄oſū:nec me iā per ætatem poſſe comcipere. ueli er
go ſcias multo te meliorem filium alium geniturā.im
mo ut contumeliam magis ſentias.aliquem de meis ad
opraturam uernulis.eiq; donaturam iſtas pīnas.& flā
mas.& arcū.& ipſas ſagittas.& oēm meā ſupellectilē:q̄
tibi non ad ōs uſus dederam.nec.n.de patris tui bonis.

CRVrum fragium: Emulatio Plautina: nam ſicut ille lumbifragium dixit. Ita hic noſter crurifragium pro fractura lumborum & crurum Plautus in amphytriõe. nam ſi me irritaſis hodie lumbifragium hinc auferes a me. ABominata: Imprecata. & per dirum omen. exoptans in actiua ſignificatione. Aliter apud Oratium ponitur parentibus abominatus Anibal pro execrationibus deteſtatus. EXANgui formidine: Ab effectu epitheton ductum: metus enim exanguem facit & pallentẽ ſanguine ab exterioribus ad interiora refugiente. ALVEO ligneo: In ruſtico inſtrumento ſunt aluei lignei Columella præcipit ut gallinarius oua in alueolum ligneum conferat: Liuius Romulum & remum infantes in alueo ligneo expoſitos eſſe refert. Idem tradit in tranſitu Rhodani alueos informes præbuiſſe uicem nauicularum. PROpter: Pope iuxta. MENtita uultum Cõtrarium eſt illud Naſonis: heu q̃ difficile eſt crimen non prodere uultu. uix oculos attollit humo. PERcunctatur de marito: Quærit a marito dicimus enim ꝑ cunctor de te quæro de te pro a te. Oratius quærit de pueris: num ſit quoqꝫ fracta lagena. ARctiſſimi: interiore familiaritate coniuncti. PRæmaturus: Properus. & feſtinus nimis: præmature factum dicitur. quod feſtinatius citius. & præter ſui temporis modum factum eſt. q̃ ſobria: cum ſobrietatis comes ſit caſtitas. & pudor: hæc tamen ſobria cum adultero uolutata eſt. PER iſtam ſanctam cererem: Iuſiurandum piſtori mire cõueniens. ut. ſ. iuret per cererem deam frugum. quas piſtor molere ſolet. & conficere: Iſtam autẽ dicticos dixit oſtendens ſimulachrum ipſius deæ. quod credibile eſt fuiſſe in domo lararioqne piſtoris. unus quiſqꝫ enim domi ſimulachrum eius dei colit: quem peculiariter ueneratur. CVPIENS rei: Nomen eſt non participium: ut fugitans litium. amans meorum & ſexcenta ſimilia. OBTVNDERE: Vrgere inſtareque: tranſlatio ut ante dictum eſt a macello fabri. PROMEret: Narraret proferret: expromeret:

Abominata.

Alueus ligneus.

Quero de te.

ceres dea piſtorũ.

SVCCVbuit: ceſſit facturus ſcilicet quod illa obtundendo poſcebat. IGNarus ſuorum: Vetus uerbum eſt. Nouiſſimi mala noſtra diſcimus in hanc ſententiam eſt illud Satyrographi dedecus ille domus ſciet ultimus. Luci ſullæ metella coniunx palam erat impudica: id athenis cantabatur: ut auctor eſt diuus Hieronymus. & ſylla ignorabat. ſecretaque domus ſuæ primum hoſtium conuitio didicit. Cn. Pompeius mutiam uxorem impudicam habuit. quam ipſe pudicam eſſe credebat. Indicauit id in expeditione commilito. & uictorem totius orbis triſti nuncio conſternauit. Ita nunc miſellus maritus ignarus domeſticæ turpitudinis alienum percenſet infortunium.

Nouiſſimi mala noſtra diſcimus.

Metella ſyllæ impudica.

FVLLOnis uxor:Fullones dicũt̃.qui curãt/ueſtiméta & poliunt.Vlpiãus titulo de furtis.Itaq; fullo qui curãda poliendaue ueſtiméta accipit ſi agit ꝓſtare.n.ſi cuſtodiã debet.Paulus quoq; fullonẽ tradit.qui poliẽda ueſtiméta accepit ſi forte his utat̃ ex cõtectatiõe eoꝝ furtũ feciſſe uideri.Nitias megarẽſis Plinio teſte fulloniã artẽ prius ĩuenit.Idẽ auctor ẽ fullões nõ tẽtari podagra pp urinæ uſũ q̃ podagris medet̃.cũ officiũ fullõis peculiare ſit polire ueſtimenta.& emaculare:hinc Fauſti filii Syllæ feſtiuus iocus ĩnotuit.q cũ uxor eius eodẽ tẽpore duos mechos hr̃et fuluiũ fullonẽ. & Põpeiũ cognomine maculã feſtiuiter ĩquit miror ſororẽ meã hr̃e maculã cũ fullonẽ hẽat: græce κραφευω dicit̃ παρα τὸ κνω το ξυω qd̃ ſignificat polio:ut interꝑtat̃ Suidas:cuius ĩterꝑtatio apud me potior ẽ: q̃ eoꝝ:qui neſcio quid indictum tradiderũt. SEcũdo rumore:Bona fama. xenophon & deide Cicero . & poſtea Columella maritale cõiugiũ utiliſſimũ eẽ referentes ꝓdiderũt oportere foris alterũ & ſub dio cõparare diuitias : q̃ tectis recõdãt̃:alterã uero q̃ & illatas cuſtodiret: & cætera cõficeret opa q̃ domi deberẽt adminiſtrari.Itaq; a natura cõparata eſt opa mulieris ad domeſticã diligẽtiã. uiri aũt ad exercitationẽ foreſem & extraneã.apud græcos.& mox apud Romãos fere domeſticus labor matronalis fuit.& domeſtica negocia curãda mulieri rradita ſũt:ideoq; thucydidis ſentẽtia nõ ĩprobãda uideri debet: qui optimã eẽ fœminã cẽſet de cuius laude.aut uitupatiõe q̃ minimus foris ſermo hẽat̃:exiſtimãs ꝓbæ mulieris nomẽ & corpus peræque domeſticis parietibus cõtineri oportere. OBiret:Peragerent. LAVti:Vtrũ i balneis loti ex cõſuetudie priſcoꝝ.qui lauabãt̃:moxq; cœnabãt.ut de ſpurina poſterior Pli.i epl'is ĩquit:Lotus accubat.& pauliſp cibũ differt.an potius loti ſimpliciter mãibus lotis.ſicut hodieq; poſt ablutas mãus diſcũbimus.Tale ẽ illud Virgilianũ.dãt alii manibus lymphas.& apud.M.Tulliũ i ſecũdo de oratore. Illud egregiũ ſeſtii celebrat̃ mãus inquit laua & cæna. SVbitario:Repẽtino ĩprouiſo ſubito nato. VIMInea cauea:Talis in uſu agreſti frequẽtiſſima ẽ:qua pulli gallinacei includũt̃:una cũ matricibus.apud Collumellã cribro uitiario.& Ioliario ꝑcipit̃ pullos ſupponẽdos.poſt hæc iquit cauea cũ matre claudendi ſũt.& farre ordeaceo alendi:uietũ ueteres dixerũt flexũ & molle & incuruũ.uñ uimina dicta:ꝙ ſint flexibilia . & uiere religare ſignificat Romæ fuit collis noĩe uiminalis a Ioue uiminio noĩatus.ꝙ ibi aræ fuerũt:& ibi nata uimina.Auctores Donatus.& Varro.Duo genera ſalicũ prodidit Columella particalẽ.ſ.& uiminalem. FVſtiũ flexu:Ex inflexis fuſtibus uiminibuſq; texunt̃ huiuſcemodi caueæ: hodieq; noſtri ruſtici ex uitilibus id genus caueas cõcinnãt. LACInias inalbabat:Fœminæ noſtrates hoc hodie quoq; uſurpãt.ut.ſ. ſub cauea uiminea circũdẽt uelaméta.eaq; fumo ſulphuris ſuppoſiti ĩpune cãdificent inalbẽtq; nãq; Plinius in.xxxv.teſtis eſt uſum ſulphuris ad ſuffiendas lanas eẽ efficacẽ:quoniã cãdorem molliciãq; cõfert:ſulphur quoq; ob id fullonũ officinis familiare eſt. INTERdum:Lego interim. INEſcatus: Correptus poſſeſſuſq;:Trãſlatio ab his q̃ eſca capiuntur. Donatus Terẽtianus cõmẽtator ineſcatos dici ait ꝑ metaphorã ab aucupibus.qui auibus capiẽdis effundũt cibũ. OBnubilatus:Nubilo quaſi quodã obuolutus obrutuſq;.Anaxilaus olim luſit. qui candens ſulphur in calice nouo prunaq; ſubdita circũferẽs ex ardentis repercuſſu pallorẽ dirũ uelut defunctoꝝ cõuiuis effundebat. DIFFLVEbat:Languebat labebat̃ deficiebat.& enĩ ut ſcribit Hippocrates in libro de flatibus intercluſo atque ĩntercepto ſpiritu breuiſſimo tẽporis momẽto moriatur animal neceſſe eſt:uſque adeo neceſſarius eſt corpori ſpiritus.nã ſpiramus ſemp & reſpiramus cõtinẽti reciprocatione.ſi cibũ potũque homini ſubduxeris uiuet cõpluſculos dies.intercluſo ſpiritu ſtatim exanimatur. INGEnium:Natura Virg. nunc locus aruoꝝ ingeniis quæ robora cuique. VIVAcis metalli:Sulphur itelligit:noĩe enim metallorũ ferme oĩa q̃ fodiuntur ex uenis terræ ſignificantur.ſic metalla auri argenti æris. plumbi dicta Plinio.& cæteris pure latineque ſcribẽtibus: ſic & Lucius noſter.ſulphur ſcite uiuax metallum nũcupat:Cuius cũ ſint genera quattuor unũ eſt proprie uiuũ noĩatũ:quod græci apyron uocãt globoſum hoc effoditur trãſlucetque & uiret. Lego apud Pliniũ.ꝙ quarto generi ſulphuris uſus eſt ad lychnia maxie cõficienda purior lectio eſt ad ellychnia.quo noĩe accipi uident̃ Plinio ſulphurata:q̃ ſulphure liquido capitulatim intingunt.ut ſint fomites flãmæ & quaſi igniaria. alias ellychnia dicuntur funi

Fullonis uxor:alioqui ſeruati pudoris ut uidebatur fœmina:quæ ſemper ſecũdo rumore glorioſa: larem mariti pudice gubernabat: occulta libidine prorupit in adulterũ quẽpiã: cũque furtiuos amplexus obiret aſſidue:ipſo illo denique momento:quo nos lauti cœnã petebamus:cũ eodẽ illo iuuene miſcebatur in uenerem.Ergo noſtra repente turbata præſentia ſubitario ducta cõſilio:eũdẽ illũ ſubiectũ cõtegit uiminea cauea quæ fuſtiũ flexu erat in rectũ aggregata cumulũ:laciniaſq; circundatas ſuffuſas candido fumo ſulfuris inalbabat:eoq; iã ut ſibi uidebatur tutiſſime celato:menſam nobiſcũ ſecura ꝑticipat:ĩterdũ acerrimo grauiq; odore ſulfuris iuuenis ineſcatus: atque obnubilatus ĩtercluſo ſpũ diffluebat:utque ẽ ĩgeniũ uiuacis metalli:crebras ei ſternutationes cõmouebat. atq; ut primũ

Fullo qui

Iocus de fullõe & macula.

Vir foris parat.

Vxor domi cuſtodit.

Sentẽtia thucydidis.

Proba fœmina quæ.

Scitũ ſeſtii.

Vietum

Vimina.

Vimialis.

Ineſcatus

Stropha anaxilai.

Sine reſpiratiõe uiuerĩ nõ poſſum.

Metalla.

Sulphur apyron

Ellychnia.

culi lucernatū:quibus oleo madentibus flāma iugis cuſtoditur:quoꝝ Plinius.& Papinius meminere:De elucubratis demoſthenis orationibus dictū a græcis eſt. ελλυχνιοποζειν.i.ellychniū redolere propterea ꝙ ad lucernam elucubrabat meditabaturq;: Iuriſconſulti inter pœnas metalli nominant ſulphurariam.hoc eſt ſulphuris fodinam. ſic enim ſcribit Vlpianus titulo de pœnis in calcariā quoq; uel ſulphurariam damnari ſolent:ſed hæ pœnæ metalli magis ſunt: Vbi calcaria ſimpliciter ſignificatur opus.& fodina calcis ſicut ſulphuraria ſulphuris. Acurſius hallucinatur.exponens in calcariam in opus calcandi terram:

Sulphuraria. Calcaria. Hallucinatio acurſii.

e regiōe mulieris: pone tergū eius maritus accœperat ſonū ſternutationis:qđ cū putaret ab ea profectum:ſolito ſermōe ſalutem ei fuerat imꝑcatus. & iterato rurſum:& frequētato ſæpius: donec rei nimietate cōmotus:quæ res erat:tādē ſuſpicatur: & īpulſa mēſa protinus:remotaq; cauea: producit hominē crebros anhelitus ægre efflantē: inflāmatuſq; indignatione cōtumeliæ: gladiū flagitans iugulare moriturum geſtiebat. ni reſpectato communi periculo: uix eum ab impetu furioſo cohibuiſſem. adſeuerans breui abſq; noxa noſtri:ſuapte inimicū eius uiolentia ſulfuris piturū:nec ſuadela mea:ſed ipſius rei neceſſitate lenitus:quippe iā ſemiuiuum illum: in proximum deportat angiportum:cum uxorem eius tacite ſuaſi: ac deniq; perſuaſi: ſecederet paululū: atq; ultra limen tabernæ ad quāpiā tantiſper familiarem ſibi mulierem: quoad ſpacio feruens mariti ſedaretur animus:qui tanto calore: tātaq;

Metallici qui. Meralla unde.

Metallici dicuntur foſſores metallorum Plinio.Iuriſconſulti uidentur accipere metallicos pro damnatis in metallum.Vbi etiā pro operariis metallorum capi poſſunt. metalla a uerbo græco μεταλλάω quod eſt ſcrutor & inquiro dicta ſunt: Alii metalla dici autumāt quaſi μετάλλα tanꝗ alia poſt aliam in metallis uena īueniatur: quod ſentire uidetur & Plin.ſic ſcribēs in.xxxiii. ubicūq; una inuēta uena eſt nō procul inuenitur alia hoc quidē & ī omni fere materia unde metalla græci uidentur dixiſſe: μεταλλεία dicitur a græcis inueſtigatio metallorū auriq; potiſſimum. E REgione mulieris:Ex oppoſitu: contra.n.accubabat.

PONE:Poſt. AB ea profectū: Cum ſonus ſternutatiōis ab ea parte menſæ ueniſſet:qua erat mulier credidit maritus uxorem ſternutaſſe: Ideoq; illi ſalutem ut in ſternutamento fieri ſolet optauerat. SALVtem īprecatus: Attende īprecatus ſalutem dici in bonā partem:cum alioqui īprecari ſit dira precari. Virgilius littora littoribus contraria fluctibus undas imprecor.cum autem ſternutanti precari ſalutem mos ſit promiſcuus.expromenda hoc in loco philoſophica cauſa eſt cur id fiat:Plinius quidem quærens dixit in.xxviii.cur ſternutamentis ſalutamus? ſed cauſam cur ſalutamus ſuppreſſit:quam Ariſtoteles in.xx.problematū rerum naturæ conſultiſſimus explicat ſcribens:ſternutamentum pro numine haberi.Quoniam de capite membrorum ꝑcipue omnium diuino ſuum ducit principium.& mox paulo cur eruptio ſternutamenti ſacra habita eſt?utrū quoniam cū tres partes noſtri corporis principales ſint.caput uentriculus aluus: cūq; reſpiratio uentriculi ſit ructus:alui crepitus.ſternutamentum capitis:quæ pars ſacra ꝑcipue eſt: ſpiritū hinc exeuntem tanꝗ ſacrū ueneramur:& adoramus.ꝑterea ſternutamentum indicat caput bene ualere poſſeq; concoquere.cū enī capitis dolor humorem ſpiritūue cōuincit. tunc moueri ſternutamentū ſolitum eſt:quā ob rem moribundos interdū ſternutatorio excitamus:tanꝗ ſi ſternutare nō poſſent ſpes nulla ſalutis alia ſit: proinde quaſi bonæ indicium ualitudinis partis optimæ atq; diuiniſſimæ ſternutamentum adorant beneq; augurantur.Idem Ariſtoteles in primo de animalibus ſternutamentū ait ſignū eſſe augurale.& unum ex ſpirituū omniū generibus ſanctū & ſacrū. ſternutamenta matutina antiqui ominoſa putabant:& prohibitoria.e cōtrario meridiana probabāt:ut auſpicatiora melioraq;: Telemacho homerico ſternutamētū facit omē fœlicitatis.ſenes laborioſius ſternuūt: bis ſternutare magna ex parte ſolemus pp binas naſi nares:oculo perfricto ſternutamēta deſiſtunt.

Imprecatus ſalutem. Cur ſternutamētis ſalutamus. Capur diuinum.

Sternutamēta meridiana ꝓbantur.

CAVEA:Scilicet uiminea:ſub qua deliteſcebat adulter. REFLANtem reſpirantē reciprocātem.

ABSQue noxa noſtri:Sine culpa noſtra.& periculo.affirmabā inquit illum per ſe ſe in teriturum ob ſulphuris uiolentiā:qua iam erat intermortuus.uix ſemiuiuus. SVASI ac deniq; perſuaſi:Suademus facilia perſuademus difficilia:ſuadere facientis eſt perſuadere perficientis. VLTRA limen: Forinſecus extra tabernā mariti fullonis ſecederet. SVADEla:Suaſiōe græce dicitur.πειθω. SPAcio feruens animus:Remedium iræ & furentis animi dilatio eſt.ira enim ut docet Oratius. eſt breuis quidem furor ſed tam concitatus tam feruens:ut torrenti ſimillimus ſit in pronum præcipiti rapiditate currenti:ut nulla re melius ꝗ mora langueſcat: impotentiſſimus eſt affectus totus in ultionem. Totus in pœnā ꝑceps.Ira enī ut diffiniunt philoſophi cupiditas eſt uindictæ reponendæ.ut ergo hic ardor deflagret:cupiditas iſta deferueſcat ſpacio & dilatione opus eſt:Iccirco iratis ſunt ſubtrahendi hi in quos impetum conantur facere:dum deferueſcat ira:dum ſe ipſi colligant orandiq; ſūt ut ulciſcendi uim differat ī tps aliud.ut ſalubriter docet Marcus Tullius in Tuſculanis ꝗſtiōibus.

Suadere Perſuadere.

Ira ſimilis torrēti Ira quid.

rabie pculſus: nō eram dubius aliquid etiā de ſe ſuaq; coniuge triſtius profecto cogitaret aliud: cōtubernalis epularū tedio fugatus: larem reueni meū. Hæc recēſente piſtore iā dudū procax & temeraria mulier uerbis execrātib9: fullonis illius deteſtabatur uxorē: illā pfidā: illā impudicā: deniq; uniuerſi ſexus grāde dedecus: quæ ſuo pudore poſtpoſito: toriq; genialis calcato fœdere: larem mariti lupanari maculaſſet infamia iamq; pdita nuptæ dignitate: proſtitutæ ſibi nomē adſciuerit. Addebat & tales oportere uiuas exuri fœminas: & tamē taciti uulneris: & ſuæ ſordidæ cōſcientiæ cōmonita: quo maturius ſtupratorē ſuū tegminis cruciatu liberaret: idētidem ſuadebat: maritū temporius quieti recedere. At ille: utpote intercœpta cœna ne profugeret prorſus ieiunus mēſam potius comiter poſtulabat. Apponebat ei propere: q̄uis inuita mulier. quippini deſtinatā alii. ſed mihi pœnitus carpebātur p̄cordia: & p̄cedens facinus: ac p̄ſentem deterrimæ fœminæ conſtantiā cogitanti: mecūq; ſedulo deliberabā: ſiquo modo poſſem detectis: ac reuelatis fraudibus: auxilium meo phibere domino. illūq; qui iſtar teſtudinis: alueū ſuccubabat: depulſo tegmine cūctis palā facere. Sic herili cōtumeliā me cruciatū: tādē cæleſtis reſpexit prouidentia. Nā ſenex claudus: cui noſtra tutela pmiſſa fuerat: uniuerſa nos iumenta: id hora iam poſtulante: ad locum proximum: bibendi cauſa: gregatim

RABIE perculſus. Ira in rabiem. in furorē agit hoīes. & ut inquit Seneca. cætera uitia īpellunt animos ira p̄cipitat. ALIquid triſtius: mortē biothanatā intelligit. REVEni. Redii domū: redandruare: & repedare dixerūt ueteres pro redire reuenireq;. VERbis execrātibus. Deteſtātibus maledicisq;: priſci execrare dicebāt. nos execrari: Afranius: experiurabāt: execrabant ſe ac ſuos. Fecit piſtoris uxor quod fœminæ īprobæ libenter faciunt: ut. ſ. excandeſcant i aliena flagitia: quo ipſæ ſanctæ incorruptæq; eſſe uideantur. SEXVS. ſ. fœminei. TORI genialis: Coniugalē ſiue maritalem. lectū ſignificat: de quo Feſtus Pōpeius. Genialis inqt lectus: eſt qui nuptiis ſternitur. M. Tullius pro Cluentio lectū illum genialē quē biennio ante filiæ ſuæ nubēti ſtrauerat: in eadē domo ſibi ornari. & ſterni iubet. Firmicus maternus in. v. ad cōſortium Tori genialis inuitant. LVPAnari infamia. Modo adiectiuū eſt lupanari: & accipitur pro fœda ſpurca meretricia infamia. Alias ſubſtantiuū eſt pro loco publico. ſic eni uulgus lupanar uocat: ſic & a Seneca noīatur. PERdita nuptæ dignitate. Amiſſa pudicitia omnis uirtus omnis dignitas in fœmina ruit. Matrē familias ut iquit Vlpiāus a cæteris fœminis mores diſcernunt atq; ſeparāt. neq; nuptiæ. neq; natales faciunt matres familias ſed bōi mores. Nupta: cuius nomē honorabile eſt. iacturā facit dignitatis nuptialis ubi ipudica eſſe cœpit. trāſitq; in ſpurciſſimum infamiſſimūq; nomen p̄ſtitutæ. Tertullianus proſtitutiſſimā dixit quā intelligi uolebat nundinato pudore & proſtituto corpore extitiſſe. Iulius firmicus: in. v. erit in publicis meritoriis proſtituta. STVpratorē. Pœna ſtupratori ex lege cōſtituta eſt. ut decē milia dare debeat. hic ſtupratorē accipe pro adulterum. nam & lex iulia ſtuprum & adulterium promiſcue appellat: proprie tamen ſtuprator dicitur uirginis & uiduæ. & ſtuprum quod in uirginem & uiduam fit. TEGminis: Caueæ uimineæ. IDENtidem: Sæpe crebriter. TEMPOrius: maturius. citius. INTERcepta cœna: piſtor cui intercepta fuerat fullonis cœna & qui incœnatus reuenerat domum. poſtulat menſam apponi: ne ieiunio eſuritioneq; conficiatur ne incœnatus eat cubitum. POtius. lego poni: ſic Plautus pueri menſam apponite. Oratius menſam poni iubet.

COmiter: iucunde. ſuauiter hilare. Quippini: quippe nempe Plautus in pœnulo. Quippini cum auri ducentis nummis Philippis quippini ibi ex templo leno errabit. ſenſus eſt: mulier marito cœnam inuita apponebat quam uidelicet adultero parauērat non coniugi. Præcedens facinus. Quo adulterum exceperat. & mox cauēa occultauerat. DOMIno: piſtori. INSTAR teſtudinis. adulter ſub alueo cubans tegebatur: ſicut teſtudo occulitur latetq; ſub tegmine genuino recondita contractis pedibus & capite: pacuuius feſtiuiter & ſymbolicos dixit tardigradam. Terrigenam domiportam. intelligi uolens teſtudinem. Teſtudineus gradus Plauto & diuo Hieronymo dictus pro tardo lentoque ac formicino. græce. χελωνη dicitur Teſtudo. unde chelonophagi in carmania populi carnibus Teſtudinum ueſcentes. qui earum ſuperficie caſas tegunt. Tantæ magnitudinis apud illos teſtudines repeniuntur. De machinatione militari: quæ teſtudo Arietaria nominatur. ſcribunt uictruuius. Vegetius cæteri. ex qua trabes reducto capite & impulſo inſtar arietis. muros quaſſat deiicit. SVCCVbabat. Subter cubabat & ſubtus latebat. HERILI contumelia: qua ſcilicet herus meus piſtor ab uxore impudica afficiebatur. NOSTRA iumentoria.

Redandruare.
Genialis lectus.
Lupanaris infamia.
Bōi mores faciūt matrem familias.
Proſtitutiſſima.
Stuprator.
Tardigrada.
Domiporta.
Chelonophagi

prominabat. quæ res optatiſſimā mihi uindictæ ſubminiſtrauit occaſionē. Nāq; ꝑtergrediens obſeruatos extremos digitos adulteri: qui ꝑ anguſtias caui tegminis prominebāt. obliquata atq; infeſta ungula cōpreſſos: uſq; ad ſummā minuciem cōtero. donec ītolerabili dolore cōmotus ſublato flebili clamore repulſoq; & abiecto alueo cōſpectui prophano redditus: cœnā propudioſæ mulieris patefecit. nec tamē piſtor dāno pudicitiæ magnopere cōmotus: exangui pallore trepidantē puerū: ſerena fronte: & propitiata facie: cōmulcens incipit: nihil triſte de me tibi fili metuas. non ſum barbarus: nec agreſti morum ſqualore ꝑditus: nec ad exēplū machinæ truculentæ ſulphuris te lætali fumo necabo. ac ne iuris qdē ſeueritate: lege de adulteriis ad diſcrimē uocabo capitis: tā uenuſtū atq; pulchellum puellū. ſed plane cū uxore mea partiario tractabo: nec herciſcundæ familiæ. ſed cōmuni diuidendo: formula dimicabo: ut ſine ulla controuerſia uel diſſenſione

PROminabat: agebat: ducebat: & ut ante dictū eſt: minabat uerbū priſcis uſitatū. PROminebāt. eminebāt extabant: apparebāt: extra caueā: cuius anguſtiis totus adulter cōtractus occultari nequibat. ALVEO. Viminea cauea: ſub qua celabatur. COEnā: lego ſcenā hoc eſt apparatū tegumētū. Trāſlatio a ſcœna hiſtrionica q̄ ſubductis alueis cuncta demonſtrat in hac locutione freques eſt Lucius noſter.

Pallor exāguis.

EXANgui pallore: Bono epitheto pallorē dixit exanguē: tāq̄ ſine ſanguine ſint: qui ex metu pallent: quoniā ut inquit Ariſtoteles in problematis. φοβουμεροι ωχριωσιρ: timentes palleſcunt. ex eo ꝙ calor ī metu perfugit in ima: & ſanguis σύρτρεχει εισ τηρ καρδιαρ. i. cōtrahitur ad Cor. ita ut cæteris partibꝰ ꝺfiat. ex hoc metu pleriſq; aluus ſoluitur calore uidelicet ex ſummis ad intima penetrante calor eni & calorifica accōmodata ſūt aluo urinæq; mouendæ: hinc illud ſcite dictum a ſatyrographo.

Soluunt tibi cornua uentrem.

ſoluūt tibi cornua uentrē. Alexāder aphrodiſeus elegāter docet timentes ideo paleſcere. quia inquit ſicut nos in domū profugimus ut tuti ſimus. ita ipſa quoq; natura refugit intra corporis penetralia tuendi ſui cauſa: fugiēs aūt contrahit ſecū ſanguinē: quo uritur tanq̄ uehiculo.

Præditus in malo.

PRAEditus. hic in malam partē. ut apud. M.T. in oratione pro. p. ſylla me ſingulari īmanitate & crudelitate præditū. SVLphuris fumo. nō imitabor inquit fullonis feritatē qui fumo ſulphuris & uiolētia uix ſemiuinū reliquit adulterū deprenſum. LEGE de adulteris. Lex iulia de adulteriis ab auguſto Cæſare lata eſt: cuius plutarchus Suetonius Oratius meminerūt. titulus eſt apud iuriſconſultos ad legē Iuliam de adulteris: quo ſcribit Vlpianus ſi ſimul ad accuſationem ueniant maritus & pater mulieris: maritū ꝑferri oportere. & propenſiore iure & maiore dolore executurū eū accuſationē credendū eſt.

Lex iulia de adulteriis.

lex iulia minorē annis. xxv. prohibet accuſare adulterii: quia nōdū robuſtæ ætatis ſit. excipitur maritus: qui quacūq; ætate uxorē pōt accuſare & iniuriā ſui matrimonii uindicare: patri ꝑmiſſum eſt ius occidendi filiā cū adultero: marito uxorē occidere nō licet. nā ut īquit papinianus plerūq; pietas paterni nois cōſiliū pro liberis capit. cæterū mariti calor & īpetus. facile ſeuientis fuit refrenādus: Marito quoq; adulterū uxoris ſuæ occidere permittitur. ſed nō quēlibet ut patri. īperatores marcus & Antoninus reſcripſerūt ſi maritus uxorē ī adulterio deprenſam īpetu tactus doloris interfecerit nō utiq; legis corneliæ de ſiccariis pœnā excipiet. Difficillimū eſt. n. ut diuus pius reſcripſit apollonio iuſtū dolorē tēperare. Quod aūt ait Lucius noſter ad diſcrimen capitis uocabo. lex Iulia nō tam

Adultera repudiatur

pœna capitali uidetur adulteras dānatas mulctare q̄ repudio: q̄ ait adulterii dānatā: ſi qs duxerit uxorē lege eadē tenetur: ſcribit etiā Caius. ſi ea lege repudiū miſtū nō ſit & iccirco mulier adhuc nupta eē uideatur: tamen ſi quis eam in uxorem duxerit adulter non erit. Apud ægyptios pœna in adulteros

Adultera naſo mutilabatur

ſancita eſt hæc. adulter uirgis cedebatur. adultera naſo mutilabatur. ut ea maxime dehoneſtaretur parte facies: qua maxime honeſtari ſolet. PARtiario tractabo: ut. ſ. dimidius ſit uxoris ex mēbris anterioribus: dimidius ſit ipſius ex membris poſterioribus. & ita medius inter uirum uxoremq; diſcurrens hinc ſtupratus erit inde ſtuprator. hinc paticus concubinus. inde maſculus ſubactor.

Familiæ herciſcūdæ.

NEC herciſcundæ familiæ. Tituli ſunt apud iuriſconſultos Familiæ herciſcundæ: & communi diuidundo: quorum hæc differentia eſt ꝙ actio familiæ herciſcundæ cōſtituta eſt coheredibus uolentibus a cōmunione diſcedere. & ita per familiæ herciſcundæ actionem diuiditur hereditas unde & nomen: familiæ enim appellatione hereditas ſignificatur. & herciſci dicitur diuidere: unde herciſcunda inclinatur. Feſtus Pompeius ercetum inquit citum quod fit inter conſortes a coercendo dictū. unde & herciſcundæ. & herciſci:

Hercium

ego opinor legendum eſſe apud feſtum non erceſtum: ſed hercium. & ita decerno. fultus auctoritate: M. Tullii qui in primo de oratore ſic refert. Iccirco qui quibus uerbis hercium cieri oporteat neſciat: Idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit.

De communi diuidundo

iudicium autem communi diuidundo pertinet ad res quæ communes ſunt. cum ſocietate uel ſine ſocietate. Cum ſocietate res communis eſt: ueluti inter eos qui pariter eandem rem emerunt. Sine ſocietate communis eſt

ueluti inter eos quibus eadem res teſtamento legata eſt. Nunc Lucii noſtri piſtor feſtiuiter ſimul & ſcienter alludens ad hanc iuris formulam non intendam inquit pulchro puero actionem familiæ herciſcundæ: ſed potins agam de communi diuidundo. ut. ſ. communis ipe inter me & uxorem diuidatur: uel potius uxor ſit mihi illiq; communis: & dum ait communi diuidundo. poteſt uideri ſubeſſe huic uerbo obſcenus intellectus. Nam ut docuimus in commentariis tranquilli. Diuidere uerbum eſt obſcenæ ſignificationis. & ad pedicones refertur: & puerorum cõcubitores: quorum in

Diuidere obſcenũ uerbum.

tribus nobis in uno cõueniat lectulo. nam & ipſe ſemper cum mea coniuge tam concorditer uixi: ut ex ſecta prudentium: eadem nobis ambobus placerẽt. Sed nec æquitas ipſa patitur habere plus auctoritatis uxorem q̃ maritum. Talis ſermonis blandicie cauillatum dedu cebat ad torum nolentem puerum: ſequentem tamen: & pudiciſſima illa uxore alterorſus diſcluſa: ſolus ipſe cum puero cubans: gratiſſima corruptarum nuptiarum uindicta perfruebatur. Sed cum primum rota ſolis lucida diem peperit: uocatis duobus e familia ualidiſſimis: quam altiſſime ſublato puero: ferula nates eius obuerberãs. Tu autem inquit tam mollis ac tener & admodũ puer: defraudatis amatoribus ætatis tuæ flore: mulieres appetis atq; eas liberas. & cõnubia lege ſociata corrũpis. & *intempeſtiuũ tibi nomen adulteri uindicas. His & pluribus* uerbis compellatum: & inſuper affatim plagis caſtigatum: foriſecus abiicit. at ille

libidine propoſtera & infanda nates quaſi diuiduntnr: hinc explicatur iocus ille plautinus ex aulularia. me quidem hercle dicam palam nõ diuides. Relege quæ annotauimus in ſecundo Suetonii commentario: copioſiſſime ſcripta ſuper diuiſoribus: & hoc uerbo diuidere. TRIbus nobis: Auſonius: Tres uno in lecto ſtuprum duo perpetiuntur. & duo committunt. quattuor eẽ reor. EX ſecta prudentium: Sapientes cenſent: & memorat Catilina Saluſtianus. idem uelle & idem nolle ueram dici amicitiã. Talis autem omnium rerũ concordia cum inter eliquos: tum maxime inter uirum & uxorem exigitur celebraturque: ut ambo idem uelint. Idem nolint. ut ita ſine iurgio ſine offenſa concorditer degant. & fœliciter. & ut pcipit Ariſtoteles in oeconomico ſecundo mulier exiſtimare debet mores mariti eſſe legem uitæ ſuæ ĩpoſitam quam ſequatur. Nunc piſtor illudens dicit eadem ſibi uxoriq; placere. & eundem puerum: quem diligat uxor ſibi quoq; diligendum. quod totum dicaciter & intellectu obſceno dictum eſt. Quam maritum: primæ partes ſunt uiri: ſecundæ fœminæ. & ut eccleſiaſtici ſcriptores prodiderunt. caput mulieris eſt uir. Alter imperat. altera obtemperat: niri ut inquit Homerus iura dant uxoribus & filiis. Ariſtoteles in primo politicorum. mas inquit eſt q̃ fœmina principalior. CAVILlatum: Irriſum. PVDIciſſima irronicos.

Maritus lex uxoris.

diſcluſus

ALTRorſus diſcluſa: In alterum cubiculum ſequeſtrata. ſecluſa. amandata: Diſcludere nerea ponto dixit Virgilius. & ante Virgilium Lucretius cum paribus iungi res & diſcludere mundum pro ſecernere. VINdicta fruebatur. Puerilem concubitum ſignificat. DIEM peperit: Tanquam dies ſit partus ſolis. & enim ut dicere ſolebat heraclitus ει μη ηλιοσ ην ευφρονη αν ην. Si ſol non eſſet nox eſſet. FERVLA nates obuerberans: Quærit Ariſtoteles in problematis cur ictus ferulæ dolorem maiorem facit: q̃ quæ duriora ſunt. cum tamen percuſſionem durioris materiæ triſtiorem eſſe ratio poſtulet. acrius enim ferit quod durius eſt. an inquit ea ratio eſt q caro ex ictu ferulæ percutitur repercutiturq; ſimul propter ponderis ferulacei leuitatem. unde acrior dolor gignitur. ictu duplicato. Ex duris autem percuti tantum poteſt. propter eorum duriciem. hinc credo ferulas datas eſſe pedagogis & magiſtris ludi triuialis ad diſcipulos caſtigandos: quibus uice ſceptri gloriantur. ob hoc ab epigrammatiſta dicuntur ferulæ inuiſæ nimium pueris gratæque magiſtris. & Columella ait ferulaſque minaces: ferulæ aſinis gratiſſimæ ſunt in pabulo. qua de cauſa id animal libero patri aſſignatur: & ferula. græci nartheca uocant ferulam. unde narthecophori dicti miniſtri bacchi feruligeri: prouerbium græcum eſt πολλοί ναρθηκοφοροί παυροι δετε βακχοι. multi feruligeri. pauci bacchi. Cuius mẽminit & plato in gorgia. Nulli fruticum. ut inquit Plinius noſter leuitas maior. ob id geſtata facilius bacculorum uſum ſenectuti præbet: Ignem ferulis optime ſeruari certum eſt: Idque prometheus primus docuit. ob hoc epigrammaticus poeta ferulas dixit eſſe claras munere prometheo. ET EAS liberas. Atrocior iniuria: quam quaſi contumelioſiorem & maiorem accipimus: fit ex perſona: ut grauius ſit ſtuprare liberam fœminam q̃ ancillam. Grauiſſimum uero alienam uxorem atque matronam. & iura uiolare connubii. legimus apud hiſtoricos: quemadmodum olim diuus Auguſtus proculum ex acceptiſſimis libertis mori coegerit compertum adulterare matronas. INTEMpeſtiuus. qui adhuc per ætatem puerilem potes eſſe concubinus & paticus amatores oblectans.

Dictum heracliti.

Ferulæ plaga.

Sceptrũ pedagogorum.

Ferula bacchi

Narthecophori.

Atrocior iniuria.

adulteroꝝ omniũ fortiſſimus: inſperata potitus ſalute: tamen nates candidas illas noctu diuq; dirruptus: mœrens profugit. Nec ſecius piſtor ille nũciũ remiſit uxori. eãq; protinus de ſua ꝑturbauit domo. At illa ꝑter genuinã nequiciã: cõtumelia etiam: q̃uis iuſta: tamen altius cõmota: atq; exaſperata: ad armillũ reuertit: & ad familiares fœminaꝝ artes accenditur. magnaque cura requiſitã ueteratricẽ quãdã fœminã q̃ deuotionibus ac maleficiis: q̃duis efficere poſſe credebatur multis exorat ꝓcibus: multiſq; ſuffarcinat mũeribus: alterũ de duob⁹ poſtulãs: uel rurſũ mitigato cõciliari marito: uel ſi id nequerit: certe larua uel aliquo diro numine ĩmiſſo uioléter eius expugnari ſpiritũ. Tũc ſaga illa: & diuini potens: primis adhuc armis facinoroſæ diſciplinæ ſuæ uelitatur. & uehemẽter offenſũ mariti flecteꝛ atq; ĩ amorẽ ĩpellere conatur aĩum. Quæ res cũ ei ſecius: ac rata fuerat proueniret ĩdignata numinib⁹: & ꝑter ꝓmii deſtinatũ cõpendiũ: cõtẽptione etiã ſtimulata: ipſi iam miſerrimi mariti incipit ĩminere capiti:

ADVLterorum fortiſſimus. non uidetur conuenire: ut puer delicatus fortiſſimus adulterorum nuncupetur proinde lego formoſiſſimus. Dirruptus nates. habens nates dirruptas. perfoſſaſq; poſtico uulnere: ſubactoris piſtoris. MOErens. dolens & mœſtus. NVNcium remiſit uxori. ideſt libellum dedit repudii. Eſt autem repudium renunciatio: qua dirimitur matrimonium. ut iuriſconſulti tradunt. titulo de diuortiis. in repudiis ideſt renunciationibus comprobata ſunt hæc uerba res tuas tibi habeto. Tuas res tibi agito. hinc plautina matrona indicens diuortium marito inquit. ualeas. tibi habeas res tuas reddas meas. ſiue autem ipſi præſenti renuncietur. ſiue abſenti per nũcium nihil intereſt. ſi calore iracundiæ miſſum ſit repudiũ non ratum eſt habendum: niſi prius apparuerit ex perſeuerantia iudicium animi fuiſſe. In deuteronomio ex præſcripto legis moſaycæ: ſi acceperit homo uxorẽ inamabilem propter aliquã fœditatẽ. ſcribet libellum repudii. & dabit in manu illius. & dimittet eam de domo ſua. GENVINAM nequiciam. ingenitam improbitatem. AD armillum reuertit. ad repoſitorium theſaurumque armorum hoc eſt doli fraudis malitiæ muliebris: ſupra eodem uocabulo uſus eſt ĩ hoc ſignificatu. AD familiares fœminarum artes. Nimirum ueneficia: mala medicamenta: magicæ uanitates: Doli: fraudes. decipula. nomine artium muliebriũ continentur: alia quoq; quæ plurima mẽti fœmineæ natura dedit: uerſus ſunt græci παροιμιώδεισ ideſt prouerbiales. θεσαυροσ εστι των κακων κακη γυνη Ideſt theſaurus eſt malorum mala fœmina. Item θηρων απαντων αγριωτερα κακη γυνη. Improba mulier truculentior eſt feris omnibus. Item θαλασσα και πυρ και γυνη κακα τρια. ideſt mare ignis. & fœmina ſunt mala tria. VETEratricem: Sicut ueterator dicitur uetus in malitia. ita & Veteratrix fœmina in aſtutiis Et fraudibus. exercitatiſſima: Veteratorie aduerbium ſignificans callide aſtute. malitioſe: ueteratoris eſt confidere in mendaciis. DEVOtionibus: Execrationibus diriſque deteſtabilibus. SVFFARcinat. Impletonerat. LARVA immiſſa. Alubi annotatum eſt lemures dici manes umbraſq; defunctorum: ex quibus qui pacatior quietiorq; domum poſſidet is Larua dicitur familiaris: qui uero propter aduerſa uitæ merita erraticus ẽ latua nominatur: Tales autem ſunt inanes terriculi bonis hominibus noxii malis. ac metuendi. hæc noctium ſunt occurſacula: buſtorum formidamina: ſepulchrorum terriculamenta. Laruarum naturaeſſe dicitur. ut ſcribit diuus Hieronymus terrere paruulos. & in angulis occurrere tenebroſis. Ruſtici ozellum nominant: græci phantaſmata uocant: quæ an ſint ſubdubitat Plinius poſterior qui tamen in epiſtolis narrat Exemplum ſcitu dignum de ſimulachro hominis: quod athenis uiſebatur: in domo quadam ſpacioſa: ſed ob id infami. & peſtilente: apparebat autem idolon. ſenex macie & ſquallore confectus. catenas quatiens. qui mox deſiit uideri expiato loco. & conditis manibus diligentia athenodori philoſophi. lege ſeptimnm Plinii epiſtolarum uolumen.

Repudii nerba.

In fœminas malas.

Tria mala.

Veteratrix.

Veteratorie.

Larua.

Phantaſma.

Arma.

SAGA: Fœmina incantatrix. & magicarum rerum ſcia. tanquam ſatis aga. de qua in primo commentario. ARMIS. Inſtrumentis: arma enim inſtrumenta rerum omnium dici notum ſat eſt. & teſtis eſt Virgilius qui ait cerealiaque arma expediunt. & in georgicis dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma: utrobique arma poſuit pro inſtrumenta. VELITAtur. contendit certatque tranſlatum uerbum a uelitum pugna. SECIVS ac: aliterquam. uel tardius q̃ crediderat: non enim animus mariti conciliabatur uxori inſtinctu magicæ diſciplinæ ſicut illa ſperauerat. PRAETER premii. Senſus eſt. extimulata eſt ſaga ad indignationem duplici de cauſa. & ꝙ contemni uidebatur a numinibus: quæ parum obſequebantur. & ꝙ compendium lucri conſtitutum ab uxore piſtoris erat amiſſura: ſi piſtorem uxori ui carminum non mitigaſſet: conci

liaſſetque: Ideoque conuerſa eſt ad alterum poſtulatum: ut piſtorem biothanata morte perimeret.

VMbram uiolenter peremptæ mulieris: κατασιω πομερον. hoc per ſilentium intelligimus: umbram cuiuſdam fœminæ paulo ante uiolenter extinctæ euocatam inſtigatamq; ab hac ſaga ad exitium piſtori concinnandum. & hoc magicæ diſciplinæ genus uocatur ſciomantia: quotiens ſcilicet umbræ fit euocatio proprie tamen cauſa diuinationis: quod & nomen oſtendit. hic euocatur. larua noxia & pernicialis ad perniciem interitumq; piſtoris. quod ſacrum execrabile dirum infandū eſt. Sciomātia.

umbrāq; uiolēter peremptæ mulieris ad exitium eius inſtigare. Sed forſitan lector ſcrupuloſus reꝑhendens narratum meum ſic argumentaueris. Vnde autem tu aſtutule aſine: intra terminos piſtrini contectus: quid ſecreto: ut affirmas: mulieres geſſerint: ſcire potuiſti? Accipe igitur queadmodū homo curioſus iumenti faciē ſuſtinens: cūcta q̄ in perniciē piſtoris mei geſta ſūt: cognoui. Diem ferme circa mediā: repente intra piſtrinū mulier reatu miraq; triſticie deformis apparuit. flebili cētūculo ſemiamicta. nudis & itectis pedibus luro re buxeo macieque fœdata: & diſcerptæ comæ ſemicanæ ſordētes iſperſu cineris: pleraq; eius anteuētulæ cōtegebāt faciē. hæc talis: manu piſtori clementer iniecta quaſi quippiā ſecreto collocutura: in ſuū cubiculū deducit eum: & adducta fore q̄diutiſſime demoratur. ſed cū eēt iam cōfectū omne frumentū: quod inter manus opifices tractauerant: neceſſarioq; peti deberet aliud: ſeruuli cubiculū ꝑp aſtātes: dominū uocabāt operiq; ſupplementū poſtulabant. atq; ut illis ſæpicule: & interuocaliter poſtulantibus nullus reſpondit: domini iam forem pulſare ualidius. & q; diligentiſſime fuerat oppeſſulata: malum peiuſque aliquid opinantes.

SCRVpuloſus: Diligēs. curioſus. NARratum: narrationē. ARgumētaueris: Antiqui pleraq; uerba actiue pronunciabāt: quæ nūc paſſiue dicuntur. ut auguro pro auguror. contemplo ꝓ contemplor. ſcruto pro ſcrutor: Ita & argumento pro argumentor. Plautus dixit arbitrabāt pro arbitrabātur. Maro populat pro populatur. Ennius Criminat ꝓ criminatur. argumentari autem eſt argumentis uti ad rē probandā. ut docet Aſconius. HOmo curioſus: ſignificat ipſemet Apuleius: qui Genuina curioſitate ꝑditus ſuſtinebat faciem iumenti transfiguratus in aſinum auritum. MVLIer reatu deformis: Hæc ē larua: & umbra illius mulieris uiolenter peremptæ: q̄ magico ſuſurramine inſtigata excitataq; a ſaga imittitur ad piſtorē ſtrāgulandum: ſunt præterea cacodemones qui ſeſe tráſformāt cūcta in miracula rerum. qui induunt effigies muliebres. & ita transfigurati illudunt mentibus humanis. ut docent eccleſiaſtici ſcriptores. ſic apud Suetonium ī claudio. ſpecies barbaræ mulieris humana amplior Druſum germanos inſectantem latino ſermone ultra tendere prohibuit: ſic urbis Romæ imago Cæſari uiſa ē Cæſarie lacera nudiſq; æſtare lacertis: eūq; dehortari a patria oppugnāda. Malus demōbruto fecit omē mortis cui occurſans diro quodam ſimulacro ſum inquit tuus cacodemon in philippis me uidebis. Multiformes Demones Gradatimq; primos ſecundos. tertios. quartos deſcribit proclus platonicus: de quibus Diotima & iamblicus & Plato. CENtuculo: Viliſſimo ueſtitu. de quo ſupra. INTEctis. Ephexegeſis eſt. nudis & intectis pedibus pro diſcalciatis. & ſine ullo integumento. LVROre buxeo: Expone ut ſupra buxanti pallore. nihil enim ferme buxo pallidius eſt adeo ut ad pallorem ut ita dixerim pallidiſſimum ſignificandum dici ſoleat. buxo pallidior eſt. SEMIcanæ. Ex dimidia parte albicantes caneſcenteſq; cauſam caniciei. quæ & canitudo dicitur aliubi explicauimus ex auctoritate Ariſtotelis. Alberti Magni. Alexandri aphrodiſei & cæterorum. INSPERſu cineris. Specimen triſtitiæ eſt inſperſum cinere capillicium. & puluere turpatum. a Columella dicitur cineris recto caſu. ANTEuentulæ. Comæ anteuentulæ dicuntur ante frontem propendulæ: quæ & antiæ. & capronæ nominantur: quaſi a capite pronæ. In floridis inquit crines eius præmulſis antiis promulſis Caproneis anteuentuli & propendi. PISTOris. Lege piſtori: ut ſit caſus dandi ſignificat enim mulierem illam ſquallentem & luridam. inieciſſe manum piſtori. eumque ſeuocaſſe: quaſi quædam ſecreto colloqui uellet. ADDVcta fore: Clauſo hoſtio. & foribus firmiter oppeſſulatis. Plautus crepuit foris. CONfectum. Molitum & mola piſtrinenſi tunſum. OPIFIces. Miniſtri piſtorii. PROpter aſtantes. Iuxta & prope cubiculum domini. SVPPLEmentum. Frumentum aliud: ut haberent operarii quod agerent ne eſſent in piſtrino feriati. SAEPIculæ. ſæpe aduerbium eſt: υποκοριςμα. INTERuocaliter. Sublata uoce inclamantibus piſtorem. ſic in primo libro pulſare uocaliter incipio: eſt autem aduerbium: quod ſignificat ex interuallo inclamaſſe uocaliter: uel uoce penitus ſublata: nam hæc particula inter. ut ſupra dixi: nonnunquam ſignificat totum: ut interbibere & intercipere. OPPeſſulata: Peſſulis obfirmata clauſaq;. ſic in primo foribus Oppeſſulatis introcapeſſit.

Argumēto. Argumētor. Cacodemones. Gradus demonū. Canitudo. Cineris. Antiæ. Capronæ. Interuocaliter.

niſu ualido reducto uel difracto cardine: tandem pate faciũt aditum: nec uſpiam reperta illa muliere: uidente quodã tigillo cõſtrictũ atq; ex animẽ pendere dominũ. eũq; nodo ceruicis abſolutũ: detractũq; ſũmis plãgoribus. ſummiſque lamentationibus: atque ultimo lauacro procurant: peractiſque feralibus officiis: frequentique proſequẽte comitatu tradũt ſepulturæ. Die ſequenti filia eius ocurrit e proximo caſtello: in quod pridie denupſerat: mœſtaq; crines pendulos quatiens: & interdũ pugnis obtũdens ubera: q̃ nullo quidẽ domus infortuniũ nũciante cũcta cognouerat: ſed ei per quietẽ obtulit ſeſe flebilis patris ſui facies: adhuc nodo reuincta ceruice: eiq; totum nouercæ ſcelus aperuit. de adulterio: de maleficio: & queadmodũ laruatus ad inferos demeaſſet. Et cũ ſe diutino plangore cruciaſſet. cõcurſu familiariũ cohibita: tandem pauſam luctui facere. Iamque nono die rite completis apud tumulũ ſolẽnibus: familiam ſuppellectilemq;: & omnia iumenta

Tignum

NISV. Conatu. E Quodã tigillo. Ex trabe cubiculari ſuſpenſum. de tigno Cuius diminutiuũ eſt tigillum ſcribũt iuriſcõſulti docentes appellatione tigni oẽm materiã ad ædificãdũ idoneam cõtineri. uult aũt Lucius noſter intelligi a larua illa: q̃ induerat mulieris effigiem. fuiſſe piſtorẽ laqueo peremptum. ut ita ubiq; magiæ potentiam aſtruat: q̃ huiuſcæ operis eſt argumentũ. ABSOlutũ. Liberatũ reſolutũq; a laquei nodo. PLANgoribus: Diuus Hieronymus ſcribẽs de interpretatione pſalmoꝝ ſiue inquit ploratũ ſiue fletũ. ſiue lachrymas. ſiue plãctũ dixerimus unus eſt ſenſus: ꝓprie tamẽ

Plãgere.
Plãgores

plangere eſt ꝑcurere. Vnde plãgores. & planctus. pro ꝑcuſſionibus quales in luctu & egritudine fieri ſolent. Silius inqt. liuẽtia planctu brachia. & apud Ouidiũ plãgebãt corpore terrã. VLtimo lauacro: Signat morẽ priſcoꝝ apđ quos mortui calida aqua lauabãtur. iuxta illud Ennianũ. Tarquinii corpus bona fœmia lauit & unxit: Seruius autumat ideo cadauera lauari ſolita. & ꝑ ĩterualla cõclamari: quia ſolet plerũq; uitalis ſpiritus excluſus putari qui adhuc eſt incluſus. & hoĩes fallere: qui lauacro refotus & conclamatiõe excitatus quaſi reuocat᷑ reſtituiturq;.

Cadauera.

FERalib⁹ officiis: Feralia officia ſunt q̃ exhibẽtur defunctis funerãdis & manibus cõdendis: qualia quoq; ſũt parẽtalia. de his ſuo loco iam dictũ ẽ.

Feralia officia.

PVgnis obtundens ubera: Talis anna a Virgilio deſcribit᷑ unguibus ora ſoror fœdans: nunc pectora pugnis. Qua legendum eſt. quæ. ſ. filia caſu recto. EI per quietem: Sic apud Virgilium. Dido cognoſcit ſecundum quietem maritalis domus infortunium. cui quieſcẽti obtulit ſe ſe. ſicheus. & inhumati uenit imago coniugis ora modis attolens pallida miris. quæ totum pygmalionis ſcelus parricidiũq; retexit: Macrobius refert oraculum dici. cum in ſomniis parens. uel alia ſancta grauiſq; perſona aperte euenturum quid uel non euenturum. faciendum uitandũue denunciat. Viſio autem eſt. cũ id quis uidet. quod eodem modo quo apparuerat euenit. LARuatus: Larua illa muliebri poſſeſſus ſtrangulatus extinctus. alias laruari dicuntur furioſi & mente moti. quaſi laruis exciti. Plautus laruæ hunc atq; intemperiæ agitant ſenem: ubi intemperiæ ſignificantur quædã deæ habentes uim nocendi & per intemperantiam ſæuiendi: quarum meminit Martianus Capella quas. M. Cato in re ruſtica iubet facto ſacrificio propulſari prohiberiq;. LVctui facere: Ex præcepto iuriſconſultorum: qui tradunt ſuſpendioſos lugeri non ſolere. PAVſam: Seneca pauſarium oppido q̃ eleganti nec protrito uocabulo appellat eum qui remigibus modos dat. & remigãdi officium quadam quaſi pauſa moderatur. Lucretius ait corpuſcula qualia in ſole çernũtur diſcurrere perenniter nec dare pauſam. Qu. Claudius ĩ Annalibus pugnæ facta pauſa eſt. NONO die completis ſolemnibus: Ex inſtituto priſcorum fit ſacrificium mortuis nono die. quo ſepultus eſt: quod dicitur nouẽdiale. hinc Oratius in epodo. Nouendiales diſſipare pulueres. Seruius Virgilianus interpres enarrans illud ex quinto Eneidos præterea ſi nona diem mortalibus almum aurora extulerit: morem fuiſſe apud maiores exponit ubi quis ubiq; fuiſſet extinctus. ut ad domum ſuam referretur: octauo die incenderetur. nono ſepeliretur. ludi qnoq; qui in honorem mortuorum celebrantur nouemdiales dicuntur: Donatus quoque incommentario phormionis tradit in funere nonum diem inſtaurationem uoti habere. Hoc tempore ſeptimo die ſolemnia defunctorum peragũtur: ſicut apud priſcos in nuptiis ſeptima dies inſtaurationem uoti habebat: Ideoque in canonicis Decretis. Di. xliiii. præcipitur. ut nullus preſbiterorum ad ſeptimana defuncti ſolemnia celebranda uocatus ſe inebriare ullatenus præſumat. Fuerunt apud priſcos feriæ denicales nominatæ: quæ colebantur cum hominis mortui cauſa familia purgabatur. græci enim necron mortuum dicunt: harum feriarum meminit Columella hiſce uerbis. Nos apud pontifices legimus feriis tantum denicalibus mullos iungere non licere. cæteris licere. SVPPELLEctillem: Apud antiquos recto caſu dicebatur ſuppellectilis: quid autem ſit ſuppellex ſcinnt omnes. & docent iuriſconſulti apud quos eleganti uocabulo ſuppellecticarii dicuntur ſerui qui ſunt in ſuppellectile.

Oraculũ.
Viſio.
laruatus.
Intemperiæ.
Pauſari⁹.
Nouẽdiale ſacrũ.
Septimana funerum.
Feriæ denicales.
Suppellecticarius.

AD hereditariã

AD hereditariam actionem: Corrige auctionem/ſignificat enim omnia deducta eſſe ad uenditionem hereditariã: qua. ſ. bona ex hereditate prouenientia ueudi ſolent. auctionem autem dici publicam uenditionem ſiue ſubhaſtationem notiſſimum eſt: ex eo quod ementẽ augeat & uendentem ut interpretatur fulgentius placiades. apud plautum paraſitus in ſticho auctionẽ facit paraſiticã uendẽs iocos ridiculos. & cætera paraſiticæ ſuppellectili congruentia. apud eundẽ in menechmis fit auctio: qua ſerui ſuppellex fundi edes omnia ueniant. VNVM larẽ uarie diſpergit. Lar unus uarie diſpergi dicitur: quando bona unius Dõus atq; familiæ uenui ſubiiciuntur. & in auctione diſtrahuntur uariis emptoribus. ita ut quæ prius congeſta uno in lare uiſcebantur ea mox uendita diſpergãtur per plures domos: cuius rei domina eſt: fortuna optimo epitheto licentioſa nominata: adeo ut nulli tantum ſit licentiæ quantum ipſi fortunæ: quæ magna repente dat. & data repente diſpergit. VENditionis incertæ: Nemo non neſcit q̃ ſit incerta uenditio q̃q; multifariam diſtrahatur. in qua multi inſperati inopinatique emptores aſſiſtunt. HORtulanus comparat: ab horto hortulanus dictus ſicut ab oleribus olitor quem græci cepurõ uocãt. Auctior. Licentioſa fortũa Hortulanus. Olitor. Cepuros

ad hereditariã deducit auctionẽ. Tunc unũ larẽ uarie diſpergit: uenditionis incertæ licẽcioſa fortuna. me deniq; ipſum pauperculus quidã hortulanus compat .l. nummis: ſed magno: ut aiebat: ſed ut communi labore uictum ſibi quæreret. Res ipſa mihi poſcere uidetur: ut huius quoque ſeruitii mei diſciplinam exponam.

Matutino me multis oleribus onuſtum: proximam ciuitatem deducere cõſueuerat dominus: atque ibi uẽditoribus tradita mercede dorſum inſidens meum ſic hortum redire. Ac dum fodiens: dum irrigans: cæteroque incuruus labore deſeruit: ego tantiſper ocioſus tacita quiete recreabar. Sed ecce ſiderum ordinatis ambagibus: per numeros dierum ac menſium remeãs annus poſt muſtulentas autũni delicias: ad hybernas

*Plinius & noſtri hortenſia uocant*. quæ in hortis ſeruntur. quæ græce cepurica dicuntur. Sabi*nus*. tyro librum cepuricon ſcripſit quem mecenati dicauit: Lucianus ſcribit aſinum ſuum labore piſtrinenſi factum eſſe emaciatum. ac toto corpore inualidum. ideoque a piſtore uenditum eſſe hortulano: uerba Luciani ſunt. λεπτος ουρ παρη γιρομαι και ασθερης τωσωματιωστε εγρω μεο δεσποτησ πωλησαι και απολιδοται μ εροφω πακηπουρωτηρ τεχρηρ idest factus ſum inquit ualde attenuatus. & debili corpore. ita ut dominus me diuendere decreuerit. qui me hortulano uendidit. MAGNO: Scilicet precio abſoluta locutio eſt. marcialis. Quod non ſtat magno ſtare luperce tibi. M. Varro in tertio de re ruſtica piſcinæ inquit edificantur magno. Secundo implentur magno. Tertio aluntur magno/item apud Satyrographum: Magno ſeruorum uentres: & frugi cænula magno. COMmuni: Meo & ſuo. VIctum quæreret: Narrat eſopus fabulator aſinum hortulani cum minimum cibi plurimum laboris caperet optaſſe mutationem ſeruitutis: qui ioue annuente cum figulo uenditus fictilia baiularet ſenſit grauiorem hãc eſſe q̃ priſtini domini ſeruitutem. item uenditus coriario: ut cognouit deteriorem ſemper conditionem parari optauit redire ad hortulanum. hoc apologo commonemur. ꝙ tunc homines optant priores dominos cum experti fuerint ſecundos deteriores: & q̃d contenti debemus eẽ hoc Catone nec alienigenas principes expetere. nec nouũ uelle ſubire iugũ ſeruitutis cũ ſemper deterior ſit poſterior dominatus. SERuitii mei: Seruitutis. MAtutino: Mane atque hora matutina. locutio abſoluta ueteribus uſitata. iuuenalis. Ter matutino Tiberi mergetur. plinius dixit meridiano pro hora meridiana. PROximam ciuitatem: Lucianus. ο δε δεσποτησ εξωθερ επιθειϛ μοι τα λαχαρα εκομιζερ ειϛ τηρ αγοραρ idest dominus hortulanus imponens mihi olera extrinſecus deportabat in forum. DORſum inſidiens meum: Expreſſit morem ruſticorum. qui uenditis in urbe mercibus dorſum aſelli inſidientes repetunt uillam. VENditoribus: Septimus eſt caſus. ut exponas tradita a uenditoribus mercede olerum hortulanus ad hortum remeabat: Lucianus planius inquit και παραδουσ ταυτα πιπρασκουσιρ idest tradens olera emptoribus agebat me iterum ad hortum. FODIENS: Lucianus και εκαπτε και εφυτευε και του δωρ τω φυτω επηγερ. idest & fodiebat & plantabat. & plantas irrigabat. DEſeruit: Inſeruit operi ruſtico intentus poſſes legere deſerit. idest plantat. propter uerbum Luciani. εφυτευε idest ferebat. OCIoſus: Græce αργοσ dicitur: Vnde argonautæ pigri nautæ dicti iaculariter & cum morſu ab epigrammatiſta. AMbagibus: Circuitibus uertigine curriculis. de anno uertente digna memoratu annotaui in Caligula apud Suetonium. REmeans: Reuertens recurrenſq; per ſua ueſtigia. Sic Virgilius: atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus. inde ſolis annua reuerticula ſcienter nec minus eleganter dixit in floridis: nam quem circulum ſol annuo interuallo permeans meditur. eundem remeans remetitur curriculo ſtato ordinatoque. MVſtulentas delicias: Sic ſupra optimo epitheto muſtulẽtus autũnus dictus. plautus muſtulentum uentum feſtiuiter appellat. auram odoremq; ex muſto prouenientem.

Hortẽſia. Ceputica

Magno.

Fabella. aſini.

Deterior poſterior dominatus.

Reuerticula ſolis Muſtulẽtus uẽtus

capricorni pruinas deflexerat:& aſſiduis pluuiis:nocturniſq; rorationibus:ſub diuo & ĩtecto cõcluſus ſtabulo:continuo diſcrutiabar frigore. quippe cũ meus dominus præ nimia paupertate:ne ſibi quidē:nedũ mihi poſſet ſtramen aliquod:uel exiguum tegimen parare.ſed frõdoſo caſulæ cõtẽtus umbraculo degeret. Ad hoc matutino lutum nimis frigidũ geluq; pacuta fruſta nudis ĩuadẽs pedibus enitebar. ac ne ſuetis ſaltē cibariis uẽtrẽ meũ replere poterã.nãq; & mihi & ipi dño cæna par: ac ſimilis oppido ſed tenuis aderat. lactucæ ueteres & inſuaues. illæ quæ ſeminis enormi ſenecta:

Bruma quando. Sententia democriti de bruma. Portæ ſolis.

HABIturum te uicinum: Nullus eſt tam opulentus: nec tam magna latifundia poſſidet: ut non uicinum aliquem habeat & conterminum. nam & regnis finitima ſunt regna. & collimitio quodam regiones maximæ terminantur. CONtuſa decidit: Debilitata infractaq; corruit. ĩtellige cum uerbis manum quaſi lapſabũdam oſtentaſſe. FVrioſus latro: Modo ſiccarius. mõ latro. modo ueſanus. nominibus ſane conuenientibus nominatur hic diues & factioſus. SVA manu: Cum fuiſſet percuſſus in brachio ictu lapidis a ſeruo contorti. nunc diues tyrannicus ſua manu non ſeruili perimere iuuenem feſtinat. NIſu. Conatu & impetu. NEC ſui molliorem: Ideſt diues prouocauerat prouocatorem nihil ipſo deterioré. imo longe ualentiorem. quod & exitus oſtendit. ELIdit animã: Quaſi ui eliſam. extruſãq; intelligi uult Plinius ait uillas eliſas montiũ cõcurſu. DELIbuto mucrõe: Ideſt gladio illo adhuc ſanguinolento ſemet interfecit gula execta: quo diuitem interemerat: cuius ſãguine adhuc madebat. PRAESAgiuerãt oſtẽta: Ouũ gallinæ fons ſanguinis ꝓdigioſus: muſtela ſerpẽtẽ mordic⁹ trahẽs: rana ex ore canis exiliens p̄ſagauerãt denũciaruntq; clades haſce præſcriptas.

NEc ullũ uerbũ quiuit emittere: Senex pater audito obitu filiorũ miſerabili: nec loqui potuit præ dolore nec flere: quaſi aggere malorum p̄ſſus attonituſq;: Virgilius i. xi. narrat euandrum uix hinſcere potuiſſe procumbẽtem ſupra cadauer palantis filii. & uia uix tandẽ uoci laxata dolore eſt. COMmodum: Modo id horæ. ut ſæpe apud hũc ſcriptorem poſitum eſt.

EPVlones: Modo compranſores conuictoreſq;: alias dicuntur ſacerdotes miniſtri põtificum In cœnis de quibus ſuo loco plura diximus quos notat Lucanus illo uerſu: ſeptẽ uirq; epulis feſtus titiiq; ſodales. TREmulus: ſic Iuuenalis de priamo ſene tuuc miles tremulus poſita tulit arma tiara. & ruit ante aram ſummi iouis ut uetulus bos. PORtentoſi cruoris maculas. ſignat ſanguinis fontem. qui emicuit largiſſimus ex quo reſultantes guttæ menſam cruore per ſparſerunt. qui ſanguineus fons portendebat ſanguineum fluuium. ex corpore domini ſenis promicantem. DEPENſis pro prandio lachrymis. Cum ſtabulario & cauponi ſoleat uiator pro prandio nummos perſoluere. nunc hortulanus lachrymas hoſpiti non nummos dependit: Sympathia quadam affectus ob dira infortunia. MAnus complodens. Complodere manus eſt inter ſe illidere. & percutere: quod facere ſolemus in lamentatione & luctu: Oratores in actione cauſarum feriunt femur cedunt pectus complodunt manus quod improbans Quintilianus dixit in. xi. complodere manus ſcenicum eſt. & pectus cedere: comploſio quoque pedis in oratore ſi crebra ſit uituperat idem Quintilianus: quam decentem fuiſſe in. M. Antonio oratore teſtis eſt. M. Tullius. INfeſſo. Legendum eſt in ſeſſo. ut ſit ſenſus hortulanus inſidens dorſo meo per eandem uiam. qua uenerat retro rediit. HABItus & habitudo. Veſtitus & corporis liniamenta militem eſſe indicabant. De habitu & habitudine enarratius ſuo loco diximus. MIles legione. Legionarius miles ſignificatur. namq; Vegetio & modeſto auctoribus milites bifariam diuiduntur in legionarios & auxiliares: legionarii ſunt Romani auxiliares externi. qui a ſociis uel fœderatis gentibus mittuntur. Miles e legione longe honoratior eſt q̃ miles auxiliator. Nam legionibus ſemper auxilia tãq̃ leuis armatura in acie iungebantur: ut in his præliandi

Epulões,

Cõplode re mãus.

duceret aſinũ? At meus dominus adhuc merore per- mixtus & alias latini ſermõis ignarus: tacitus præteribat. nec miles ille familiarem cohibere quiuit inſolentiam: ſed indignatus ſilentio eius: ut cõuitio: uite quã tenebat: obtundens eum: dorſo meo perturbat. Tũc hortulanus ſupplicue reſpondit: ſermonis ignorantia ſe: quid ille diceret: ſcire non poſſe. Ergo igitur egre ſubiiciens miles: ubi inquit ducis aſinum iſtum? Reſpõdit hortulanus petere ſe proximam ciuitatem. Sed mihi inquit opere eius opus eſt: Nam de proximo caſtello ſarcinas præſidis noſtri cum cæteris iumentis debet aduehere: & iniecta ſtatim manu: loro me quo ducebar arreptum incipit trahere. Sed hortulanus.

Legionarii milites
Auxiliares:

magis adminiculum eſſet q̃ principale ſubſidium. In donis militaribus dandis ſeruabatur illud diſcrimen. ut auxiliares externos torquibus aureis donarent: at ciues niſi argenteis. contra armillas ciuibus dabant. quas non habent externi cuius rei meminit Plinius noſter. in. xxxiii. DVceret aſinum. Ex Luciano qui ait ηρετο τορ κηπουρορ οπου απατοι τορ ορορ εμε interrogauit hortulanum quo abduceret aſinum. MErore. Ex infortunio. quo peſſundatam uiderat hoſpitis domum. LATIni ſermonis ignarus. Militem latino ſermone alloquutum eſſe hortulanum teſtis eſt Luciãus ſic ſcribẽs: πρωτα λαλει προσ ημασ τη ιταλων φωνη primum nos alloquitur uerbis italicis. Vnde hortulanus τησ φωνησ αγνοων. ideſt linguæ ignarus nihil reſpõdit. FAMIliarem inſolẽtiã utrũ illi tantum militi inſitam ingenitamq́? an generaliter inſolentia dicitur familiaris eſſe militibus: cum id genus homines ferme: omnes uideamus inſolentes. ac faſtu tumẽtes. CONficior: Corrige conuitio. ideſt probro tanq̃ ſilentium hortulani pro conuitio & maledicto fuerit militi. uel potius lege ut cõiicio. Ideſt ut coniecto & coniectura opinor ut ſit uerbum. VIte quam tenebat: Lucianus dixit. παιει τη μαστιγι τον κηπουρον. ideſt ferit flagello hortulanum. Noſter uero doctius inquit uite obtuſum eſſe: reſpiciens uidelicet ad Romanorum diſciplinam: ac ritum. apud quos militare quaſi inſigne & geſtamen erat

Vitis cẽturiõis geſtamen.

Vitis: quam centuriones prope peculiariter geſtabant: eaq́ȝ pecantes milites caſtigabant: Plinius in. xiiii. centurionum in manu uitis atq́ȝ etiam in delictis pœnam ipſam honorat: Plutarchus in galba. Sempronius inquit centurio ſublato palmite quo centuriones in milites ſontes animaduertunt: in eos: qui inuadebant: clamabat: & ut imperatori parcerent iubebat. Scribunt iuriſconſulti titulo de re militari: quod miles ſi uitem tenuit centurioni ſe caſtigare uolenti militiam mutat: ſi ex induſtria fregit: uel manum centurioni intulit capite punitur. hinc a Macrobio uitis ſcito epitheto centurialis dicta: annotanda eſt obiter circunlocutio poetarũ decentiſſima: qui centurionem deſcribere uolentes

Vitis latia.
ennius cẽturio.

hac periphraſi utuntur: ut uitis latiæ nuncupatione deſignent: Lucanus in. vi. pharſaliæ. promotus latiam lõgo gerit ordine uitem. Martialis. Vare parethonias latia modo uite per urbes nobilis Silius in. iii. punicorum uitis latiæ præſignis honore. Item in. xii. Ennium centurionem fuiſſe intelligi uolens decenter ait Miſcebat primas acies latiæq́ȝ ſuperbum uitis adornabat uitæ decus. ex hac doctrina eſt illud Satyrographi nodoſam frangebat uertice uitem. Idem centurionatum ſignificans dixit. aut uitem poſce libello. SVPplicue: Suppliciter. Sermonis ignorantia: Tot ſunt gentium ſermones: ut inquit eleganter Plinius: tot linguæ: tanta loquendi uarietas: ut externus alieno pene non ſit hominis uice. ex hoc linguarum diſcrimine & ſermonis ignorantia fit: ut græci in latino: latini in græ-

Surdus hõ in aliena ligua.

co ſermone ſurdi ſint: Deniq́ȝ omnes ut. M. Tullii uerbis utar: in his linguis: quas non intelligimus: quæ ſunt innumerabiles ſurdi profecto ſumus: Diuus quoq́ȝ Auguſtinus libro de ciuitate die undeuigeſimo in hanc ſententiam ſcribit hæc digna memoratu. In quo primum linguarum diuerſitas hominem alienat ab homine. Nam ſi duo ſibimet inuicem fiant obuiam neq́ȝ præterire ſed ſimul eſſe aliqua neceſſitate cogantur: quorum neuter nouit linguam alterius: facilius ſibi animalia muta etiã diuerſi generis q̃ cum illi ſint homines ambo ſociantur: quando enim quæ ſentiunt inter ſe communicare non poſſunt. propter ſolam linguarum diuerſitatem. nihil prodeſt. ad ſociandos homines tanta ſimilitudo naturæ: Ita ut libentius homo ſit cum cane ſuo q̃ cum homine alieno. VBI ducis? Attende elocutionem inuſitatam: ubi ducis? cum ex grammaticali diſciplina & norma dicendũ fuerit Quo ducis? Verum Lucius noſter ut ego opinor: nõ minus ſcite q̃ feſtiuiter militem grãmaticæ inſtitutionis ignarꝝ inducit militariter loquentem ꝑuaricato grãmaticoꝝ decreto: minimeq́ȝ obſeruantem placita donatiſtaꝝ. SED mihi inquit: Verba militis inſolentis. qui nullo iure aſinum ab hortulano abducere contendit tãq̃ probet reſponſum illud galloꝝ ferox & iniquũ: qui Romanis dixerunt

Reſpõſũ gallorũ.
Omnia fortiũ eẽ.
Præſes.

ſe in armis ius ferre. & omnia fortium uirorum eſſe. Plato quoq́ȝ in gorgia prodidit natura comparatum eſſe ut præſtantior plus habeat q̃ inferior: & potentior q̃ debilior. Vnde & pindarus herculem ait neq́ȝ emptos neq́ȝ donatos gerionis boues abegiſſe: ut pote naturali ipſo iure dictante: & boues & cætera omnia. quæ ab hominibus poſſidentur eius eſſe debere qui præſtantio ſit atq́ȝ ualentior.

PRAEſidis: Nomẽ præſidis generale eſt: quo omnes prouincias regentes ſignificantur. præſes pro-

uinciæ

uinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus poſt principem. præſidibus ituris in prouinciam publice locari ſolent tabernacula. & iumenta ſarcinaria ad utẽſilia deportanda. Auguſtus uero auctore Suetonio inſtituit ut certa pecunia cõſtitueretur proconſulibus ad mulos & tabernacula: hĩc legimus apud Iampridium. Quod Alexander Romanus imperator præſides prouĩciarũ ita ĩſtruebat ut acciperent mulos binos. equos binos muliones & alia neceſſaria reddituri depoſita adminiſtratione mulos equos & muliones. cætera ſibi habituri. ſi bene egiſſent: In quadruplum reddituri ſi male. PRIOris plagæ: Qua ſcilicet eum obtundens miles uitigineo fuſte ex aſino deturbauerat.

prioris plagæ uulnere prolapſum capite ſanguinem detergens: rurſus deprecatur: ciuilius atq; mãſuetius uerſari cõmilitonem: idq; per ſpes proſperas eius orabat adiurans. Nam & hæc ipſe aiebat iners aſellus & nihilo minus morbo deteſtabili caducus: uix etiã paucos olerum manipulos de proximo ſolet: anhelitu lãguido fatigatus: ſubuehere: nedum ut rebus amplioribus idoneus uideatur gerulus. Sed ubi nullis pcib9 mitigari militem: magiſq; in ſuam perniciem aduertit efferari: iamq; inuerſa uite de uaſtiore nodulo crebrũ ſuum diffindere: currit ad extrema ſubſidia: ſimulans quærere: ad cõmouendam miſerationem: genua eius uelle contingere: ſummiſſus atq; incuruatus: arreptis eius pedibus utriſque ſublimen elatum terræ grauiter applodit. & ſtatim: qua pugnis: qua cubitis: qua morſibus: etiam de uia lapide correpto: totam faciem: manuſq; eius & latera conuerberat. Nec ille ut primũ humi ſupinatus eſt: uel repugnare: uel omnino munire ſe potuit: ſed plane identidẽ cõminabatur: ſi ſurrexiſſet: ſeſe conciſurũ eum machera fruſtatĩ. Quo ſermone eius cõmonefactus hortulan9: erripit ei ſpathã eaq;

MORBO caducus: Oſtendit hortulanus aſellum illum minime expetibilẽ eſſe minimeq; preciosum: ut pote qui inualidus ſit: & comitiali morbo conflictetur: fiatq; caſſabundus: ſed hoc ruſtice magis dictum: q̃ ſcite ẽ: cum morbus comitialis ſiue caducus non tam ad iumenta: q̃ homines pertineat: quo non pauci uexantur de quo copioſiſſime apud Suetonium in primo commenatario. Plinius. & cæteri ſcriptores tradũt ſolas animalium coturnices præter hominem ſentire morbũ comitialem. Quod ſi uerum eſt. Aſinus huic morbo obnoxius eſſe non potuit. MANIpulos: Faſciculos herbarum hortenſiũ: quas hortulani manipulis alligatas frequenter in urbem deferre uenales conſueuerunt. REBVS amplioribus: Sarcinis præſidis aduehendis: dixerat enim miles uelle ſe uti opera aſelli. huiuſce doſſuarii ad ſarcinas præſidis deferẽdas.

Coturnices morbo caduco obnoxiæ

VICE: Errore unius littere minutulo quidem corrupta dictio eſt. ſed qui etiam intelligentiam eruditi lectoris obturbet ac remoretur. proinde legas uite. ut ſit ſenſus militem inſolẽtia familiari efferatum inuertiſſe uitem: quod militare geſtamen eſt: ut ea ſcilicet parte: quæ nodoſior ẽ: & uaſtior: quæq; manu cõtineri ſolet diffinderet caput hortulano. SIMVlans quærere. Purior lectio eſt ſi legat̃ ſimulanſq;: ut ſit particula tantũ copulatiua. GENVA cõtingere. Deprecatores ſupliceſq; genua attingũt ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant: ut ſæpe iam dixi. Antiquitas miſericordiæ genua conſecrauit: ut frontem genio: & dextram fidei. ARREPtis pedibus. In hanc ſententiam eſt illud quinti curtii ſubductis repente pedibus arietauit ad terram. TERræ applodit. Allidit ad terram. & cum ſonitu affligit. Lucianus. εκ τωρ ποδωρ υποσπασωρ εισ τηρ οδορ εκτιρει. ideſt pedibus ſubtractis ĩ uiam extẽdit. Qua pugnis: Ideſt partim pugnis partim cubitis. hæc enim particula. in hunc ſenſum uſurpatur. M. Tullio. Liuio. Plinio cæteris. ad præſens ſucurrit illud ex epiſtolis Plinii. medium tẽpus diſtentum impeditumq;: qua officiis maximis: qua. amicitia principum egiſſe: apud Plautum ait paraſitus. Meus ẽ baliſta pugnus: catapulta cubitus. Qua morſibus: Parti morſibus: morſus hominis ĩter aſperrimos munerat̃. ut tradit Plinius in. xxviii. medẽtur ſordes ex auribus. Lucianus. επαιει εκειρορ ουτω χειρι και ποδι και λιθω εκ τισ οδου. i. feriebat illũ manib9 pedib9 lapide de uia correpto.

Genua miſericordiæ: Frons genio.

Qua.

REpugnar̃. Græce dicitur. αρτεμαχεισθαι. IDENtidẽ. Frequẽter ſepicule. CONciſurum machera. ex Luciano. ηπειλει ει αραστα ιη αποκτερειρ τη μαχαιρα græci macherã uocant ſpatham. ſiue gladium. ut iã diximus. Vnde macherophori pro ſatellitibus enſiferis: & macheropios pro fabro gladiorũ: apud pſalmographũ lingua eorũ gladius acutus græce dicitur machera: & ita dixit ruffinus.

FRVſtati. Minutati p fuſtra. & minutias: aduerbiũ eſt de quo iã dictũ ẽ. SPAthã. Antiqui græco uocabulo ſpathã dicũt enſem: & apđ græcos ſcribit̃ p. θ. ideſt th. mirũ illđ qđ hæc: dictio q̃uis græca ſit notior tñ uulgo eſt: atq; frequẽtior ĩ quotidiano idiomate: q̃ enſis gladius mucro ſicut ſexcẽta alia de qbus alias: Milites Romani grauis armaturæ habebant auctore Vegetio gladios maiores quos ſpathas uocant: & alios minores. quos ſemi ſpathas uocant plumbatas quinas poſitas in ſcutis quas primo

Macherophori. Macheropius. Spatha. Semiſpathæ.

impetu iaciunt.prӕterea ſpathӕ apud grӕcos.ut docet Iulius pollux appellatur ramus palmӕ:a qua balani hoc eſt dactyli dependeant:quo in ſignificatu eſt illud ex leuitico ſumetis uobis die primo fructus arboris pulcherrimӕ ſpatulaſq; palmarum.ab ſpathe fit υποκοϱισμα.hoc eſt diminutiuum ſpathalion hinc apud Martialem lēma eſt.ſpathalion cariotarū:accipiturq; pro ramulo palmӕ cum dactylis dependentibus:quas cariotas & cariotidas idonei auctores appellant:nō me fallit in pleriſque codicibus epigrāmatarii poetӕ non ſpathalion legi. ſed petalion. qui etiam ſpathalia ſunt Plauto & Plinio inſtruméta delitiarū muliebrium:quӕ Hermolaus barbarus a ſpathale nympha deduci autumat.ego aūt a uerbo grӕco ſpathao quod ſignificat delicate ago ut apud Ariſtophanem ωγυραι λιαρ σπαθασ Longiſſime abiecta.Luciāus και ϱιπτει ποϱϱω ideſt & longe proiicit. Quiens: potens ualēs:quit enim dicit᷑ poteſt cuius contrarium eſt nequit.

Spathaion Cariotӕ.

SIMVlat ſe mortuū: Lucianus. ψευδετοωσ τέθρηκε εν ταισ πληγαισ mentitus eſt ſe mortuum eſſe ex plagis. NEC HORTVLVM CVRANS INVIſere: Lucianus ait hortulanū tradidiſſe hortum συνεργω ideſt ut uerbum exprimā de uerbo.cooperatori cuipiam colendū. uerba Luciani hӕc ſunt.τορ μερκηπορα του συνεργω τιρι επεδωκε γεωρ γειν. TANtiſper occultaret Tam diu donec euaderet iminēs periculū.Poſtulat autem particula tantiſper poſt ſe dum donec: quoad.Terētius ego te meū eſſe dici tantiſper uolo:dum: quod te dignū eſt facias.Interdū abſolute ponitur & ſignificat interea: & tam diu: Liuius in primo id imperiū ei ad puberé ӕtaté icolume māſit tantiſper tutela muliebri.Donatus tantiſper dictū eſſe ait pro q̄ſi tantum.ut pauliſper quaſi paululū.& parūper quaſi par. CAPItalé cauſam.Dicit᷑ capitalis cā: qua agitur de capite.hominis & ſalute.Capital facinus dixerūt ueteres qđ capitis pœna luitur:apud Plautū capitalis edis facta eſt:apud oratiū ira fuit capitalis pro exitiali.& peſtifera.ſic & homo capitalis.M.Tullio dictus pronoxio.& peſtilēti. COMplicitis pedibus.Luciāus.επει δε αραντεϱοι εκ τωρ ποδωρ κομιζουσιν αρω την κλιμακι εσ οικηματα υπερωρ ideſt me aūt tollētes pedibus deportat p ſcalas in cӕnaculum ſuperius. DEORſus.Grӕce dicit᷑ κατω.ideſt inferne ſiue inferius. DIREpit in ciſtulā.Clanculo & furtim irrepens occultatur ſub ciſtula.Lucianus τορ μὲρ ετορ δεσποτηρ ερ κιβωτω ενεκρυψαρ.i.dominū meū in arca occultarunt. SVPERgeſto orificio.In ciſta ſiue arca delituit hortulanus operculo ſuppoſito.ne uiſceretur.Orificiū accipe pro tegumento ſiue opculo.quo ciſtӕ os occluditur:orificia uentris duo ſunt.quoꝝ ſuperius recipit deuorata & in follem ſtomachi recondit. inferius uero demiſſum inteſtinis adiacentibus inſeritur:& inde uia eſt egerendi. auctor Macrobius in ſeptimo ſaturnalium. EMERSVS graui crapula.Allegoricos tanq̄ experectus excitatuſq; a ſomno poſt uinolentiam:& enim uinolentorum eſt ut crapula mergantur:quӕ ut inquit Ariſtoteles in problematis eſt proprie feruor quidam & inflammatio ex uino:quӕ plus conflictat q̄ temulentia:Plinius in.xxiii.de uino loquens ſic ſcribit. Nouitium reſinatum nulli conducit capitis dolorem & uertigines facit:ab hoc dicta crapula eſt. NVTAbundus. Lapſabundus uacillans titubante greſſu & capite grauato Lucianus ο δε στρατιωτησ εκ τησ οδου τοτε μολισ επαροσ τασ ωσ εφασαρ καρη βαρωρ ταισ πλιγαισ ηκερ εισ τηρ πολιρ ideſt miles ex uia uix ſurgens capite nutanti propter plagas uenit in ciuitatem. DE impotentia.De infirmitate imbellia imbecillitate: Alias impotentia dicitur imodica intolerandaq; potentia:ſicut & impotens tyrannus.& impotens fortuna pro nimium potens. INIVriam deuorans.Conſimile ē illud Terentianū.accipienda & muſitāda iniuria adoleſcentiū ē. Cōmilitones.Grӕci συρστρατιωτασ dicunt cōmilitones q & cōmilites dicūt᷑:cōmilitiū quoq; appellant cōmuné militiam.Lucianus και τουσ στρατιωτασ τοισ συρ αυτω ερτυχωρ:

Tātiſper

Capital.

Orificiū.

Crapula

Impotentia

Cōmilitones.

longiſſime abiecta: rurſus ſeuioribus eū plagis aggreditur:nec ille proſtratus: ac prӕuētus uulneribus:ulliū reperire quiens ſaluti ſubſidiū:quod ſolū reſtabat ſimulat ſeſe mortuū. Tūc ſpathā illam ſecū adportans hortulanus:inſcenſo me cōcito gradu recte feſtinat ad ciuitatem:nec hortulum ſuū ſaltem curans inuiſcere: ad quēpiam ſibi deuertit familiarem:cūctiſq; narratis: deprecatur periclitanti ſibi ferret auxiliū.ſeq; cū ſuo ſibi aſino tantiſp occultaret:quo ad celatus ſpacio bidui: triduiue capitalē cauſam euaderet.Nec oblitus ille ueteris amicicie prōpte ſuſcipit:meq; per ſcalas:cōplicitis pedibus:ī ſuperius cӕnaculum attracto. Hortulanus deorſus in ipſa tabernacula direpit:in quandam ciſtulam. & ſupergeſto delitēſcit orificio. At miles ille:ut poſtea didici:tandem uelut emerſus graui crapula:nutabundus tamen: & tot plagarum dolore ſaucius:baculo ſeuix ſuſtinens: ciuitatem aduētat:confuſuſq; de īpotentia: deq; inertia ſua qcq̄ ad quēq̄ referre popularū ſed tacitus iniuriā deuorans: quoſdā cōmilitones nactus:iſtā tunc cladē enarrat ſuā.Placuit ut ipē qdem

CONtubernio:Domicilio militari ſignificanter & proprie:nam contubernium dicimus decē mi-
lites ſub uno papilione degentes:quibus qui præeſt caput contubernii nominatur.Centuria in de-
cem contubernia diuidebatur. TANtiſper:Interim aliquādiu abſolute dictum ut ſupra annotaui-
mus. GEnium milites per genium imperatoris & maieſtatem iurant:ſe nunquam deſe: turos mi
litiam:nec mortem recuſaturos pro Romana re publica:& omnia ſe ſtrenue facturos:quæ præcepit
imperator:ideoq; ſacramenta dicuntur.ut docet Vegetius.hinc apud Satyrographum legimus.nūc

Commilites. Commilitium. Contubernium. Sacramēta.

contubernio ſe tantiſper abſconderet. Nā ꝑter propri-
am contumeliā:militaris etiā ſacramēti geniū ob amiſ
ſam ſpathā uerebatur. Ipſi aūt ſignis noſtris enotatis:
īueſtigationi uidicteq; ſedulā darēt operam. Ne deſnit
uicinus perfidus: qui nos illico occultari nunciaret.
Tum cōmilitones accerſitis magiſtratibus:mentiūtur
ſeſe: multi ꝑcii uaſculum argēteū ꝓſidis ī uia perdidiſ
ſe: idq; hortulanum quēdam reperiſſe:nec uelle reſti-
tuere:ſed apud familiarē quēdam ſibi deliteſcere. Tūc
magiſtratus & dāno præſidis nomine cognito: ueni-
unt ad diuerſorii noſtri fores:claraq; uoce denunciāt
hoſpiti noſtro:nos quos occultaret apud ſe:certo cer-
tius dedere: potius quam diſcrimen proprii ſubiret ca
pitis. Nec ille tantillum cōterritus ſalutiq; ſtudēs eius
quem ī *ſuam recœperat fidem* quicq̄ de nobis fatetur:
*ac diebus* pluſculis: nec uidiſſe quidem illum hortula
num contendit. Contra militones: ibi nec uſpiam: illū
deliteſcere adiurantes: genium principis cōtendebant.
Poſtremū magiſtratibus placuit obſtiatē denegātem:

alia emolumēta notemus ſacra-
mentoꝶ.Auctor eſt Tertulliāus
in apologetico. Quod gentiles
ſacra faciebant pro ſalute impe-
ratoris:& geniū eius deierabant:
& citiuis deniq; per omnes deos
q̄ per unum genium cæſaris pe-
ieratur. OB amiſſam ſpatham:
Miles qui ī bello arma amiſit uł
alienauit capite punitur: humāe
militiam mutant. ut docet iuriſ-
cōſultus titulo de re militari. ubi
ſic ſcribit paulus. arma alienaſſe
graue crimen eſt.& ea culpa de-
ſertioni exæquatur. utiq; ſi tota
alienauerit ſi tibiale uel humera-
le alienauit caſtigari uerberibus
debet:ſi uero loricam: ſcutum ga
leam.gladium deſertori ſimilis ē
Tradunt hiſtorici filium catonis
dum in prælio fortirer alacriterq;
depugnat gladium amiſiſſe:qua
ex re generoſus adoleſcēs ualde
perturbatus nequaquam ſibi ui-
uendum deinceps exiſtimabat:ſi
eius ſpolio potiretur hoſtis. itaq;
collecta iuuenū manu per medi-
as cedes perq; medios hoſtes impetu facto gladiū tandē in magno armoꝶ atq; cadaueꝶ aceruo īue-
nit.Timebat ergo miles ne ob amiſſā ſpathā.ex diſciplina militari pœnas penderet: Apud plautum
epidicus.cū audiſſet hoſtes potitos eē armis herilis filii exclamat edepol facinus īprobū. IPſi:Scilicet
cōmilitones. SIgnis enotatis:Obſeruatis ueſtigiis cæteriſq; ſignis propter q̄ īuenire poſſent noſtra
latibula. VIcinus perfidus.πημα κακοσ γειτωρ ut inquit heſiodus:mala res eſt uicinus malus: cō
tra bonus uicinus maximū bonū eſt.apud terentiū chremes uicinitatē in propinqua parte amicitiæ
reputat. NVNciaret:Militaribus. OCcultari:A uicio. ACcerſitis magiſtratibus:Lucianus.παρα-
λαμβαρουσι τουσ τησ πολεωσ αρχορτασ ideſt aſſumunt ciuitatis magiſtratus. MENtiun-
tur:Cum dedecoroſum eſſet confiteri militem ab hortulano ceſum eſſe uerberibus:excogitant frau
*dis diuerticulum*:ut domum illlam in qua hortulanus cum aſino latebat ſub honeſta occaſione per
ſcrutari poſſint.alioqui magiſtratus illorum petitionem illuſiſſent. DANnō cognito:Tanquam re
uera uaſculum argenteum precioſum præſes perdidiſſet. OCcultaret certo certius:Quos ſcirent cer
tiſſime ab illo occultari:ſic.n.loqmur uero uerius ē.ꝓ ueriſſimū ē: certo certi⁹ ꝓ certiſſimū. Stoici talē
locutionem non probant.apud quos non ſunt gradus comparationis ſuperlationiſq;.&.n.ex dog-
mate illorum:nihil eſt plano planius:nihil recto rectius:nihil beato beatius:nihil certo certius:ſuper
quo.M.Tullius:Seneca:cæteri ſcriptitauere. DIſcrimen capitis.Qui receptator eſt furis:qui occultat
fugitiuum ex legis præſcripto mulctatur:nam ut ſcienter & ſalubriter ſcribit Vlpianus.congruit bo-
no præſidi curare ut pacata prouincia ſit.qui latrones fures conquirere debet:& prout quiſq; delique
rit in eum animaduertere:receptatoreſq; eorum coercere:ſine quibus latro diutius ſtare non poteſt.

Genius cæſaris.

Arma amittere criminoſum.

Nihil recto recti⁹.

TANtillum.Minimum. SAluti eius:Scilicet hortulani. MIlitones:Attende poſitum militones
pro milites:ea forma qua commilitones.qui & commilites dicuntur:græci:στρατιωτασ appellāt.
Illum deliteſcere:Lucianus:στρατιωται ερλορ εφασαρ ειραι τορ κηπουρορ καμετορ εκειρορ
ορορ.ideſt militones dixerunt intus eſſe hortulanum & illius aſinum. IBI nec uſpiam:Diſtincte le
gendū ē hoc ītellectu aſſeuerabāt milites:ibi deliteſcere hortulanū.nec uſpiā alibi. ADiurāte genium
prīcipis.Paulo ante dcm̄ ē ex auctoritate Tertuliāi:qd priſci romāi geniū prīcipis deierebāt malebātq;
ꝑ deos oēs:q̄ unū gēiū prīcipis peierare:ſcri.Vlpianus titulo de iure iurādo:ſi qs iurauerit ī re pecunia
ria ꝑ geniū prīcipis & ꝑiurauerit:fuſtibus eū caſtigādū:eiq; dimiſſo ſupdici debere īportūe noli iurare.

Nō licet peierare. ꝑ geniū principis

ſcrutinio detegere: īmiſſis itaque lictoribus: cæteriſque publicis miniſtris: angulatim cuncta ſedulo perluſtrari iubent: nec quiſquam mortaliū: ac ne ipſe quidē aſinus intra limen cōparere nūciatur. Tūc gluſcit uiolentior utriuſque ſecus cōtentio: militū: pro comperto de nobis aſſeuerātiū: fidēque cæſaris idētidē iplorātiū: at illius negātis: aſſiduēq; domini numē obteſtātis: qua cōtētōe: & clamoſo ſtrepitu cognito curioſus alioqn: & inqeti procacitate prædit⁹ aſin⁹: dū obliquata ceruice per quandā feneſtrulā: qdnam ſibi uellet tumultus ille: proſpicere geſtio: un⁹ e commilitonib⁹ caſu fortuito conlimatis oculis ad umbram meam: cūctos teſtatur incoram: magn⁹ deniq; continuo clamor exort⁹ ē: & emerſis protinus ſcalis iniecta manu: qdam me uelut captiuum detrahunt. Iamque omni ſublata contatione ſcrupuloſius contemplantes ſingula: ciſta etiam illa reuelata repertum: productumq; & oblatum magiſtratibus miſerum hortulanū: pœnas ſcilicet pēſuꝝ

Scrutinium. Liturgi Lictores. unde.

SCRVtinio: Annotandū multa eē uerba uernacula protrita plebeia uulgaria: q̄ in uſu ſunt eruditorū: ut ſcrutiniū hoc in loco ponit̄ pro ſcrutatōe inueſtigatōeq;: ſicut paſſim uulgo loquunt̄: ab eo uerbo qđ eſt ſcrutor nimiꝝ ſcrutiniū deriuat̄: pōt & aduerbiū eē ſcrutinio eodē tñ ſignificatu. PVBlicis miniſtris: Viatores: apparitores: lictores. apud Romanos dicunt̄ publici miniſtri. græco uocabulo. λειτουργουσ uocant. αποτου λειτουργειν qđ ſignificat miniſtrare: unde Plutarchus autumat lictores dictos eē. noſtri uero a ligando: ſic lictorē dici: ut a legendo lectorē prodiderunt: officiū enim lictoris erat ut ligaret uinceretque quē iuſſiſſet magiſtratus: hīc apđ liuiū & M. Tulliū lictor liga manus. tiro tñ Ciceronis libertus lictorē uel a lino uel a licio dictum ſcripſit: licio. n. tranſuerſo: qui magiſtratibus inquit p̄miniſtrabant cīcti erāt. ANgulati: Per omnes angulos & cūcta domus loculamēta. COMparere apparere: Acuiſitari.

Gliſcit.

GLIſcit: Inde glires dicti: q ſono gliſcūt. & pingues fiūt: ſilius gliſcit eliſeo uiolētior ira tyrāno: columella in. viiii. turt̄ iqt p hyemē difficulter gliſcit hoc eſt pingueſcit. & opinat̄. idē ait gallinā: q̄ pria luna ſaginari cœpta ſit uiceſima pgliſcere. VTRIuſq;: Legēdū ē utriq; ſecus. ut ſit ſenſus: cōtētio creſcit uiolēta ex utraq; parte militū. ſ. & hoſpitis: cū milites aſſeuerarent ꝑ cōpato hortulanū & aſinū itra edes deliteſcere: hoſpes uero obſtinate pertinaciterq; denegaret. FIdē cæſaris: Auxilium apud comicos poetas: fides pro auxilio frequētiſſime ponit̄: unde & illud uulgatiſſimū: proh hominū atq; deū fidē. IDENtidē: Frequenter. DOmini numen: Lego deum numen pro: deorum locutione apud ueteres uſitatiſſima. numen autem dicitur quaſi nutus dei ac poteſtas.

Inquies. nocturna.

ET inquieti procacitate: Inquieta petulantia attende ꝙ declinatur hic & hæc & hoc. inquies inquietis. ſic apud plinium dicitur animus inquies pro inquietus. apud eundem inquies nocturna ponitur pro inquietudine nomine ſubſtantiuo Conſimiliter. A. Gellius inquit. ut interea labor hic uigiliarum & inquies ſuauitate pauliſper uocum atq; modulorum acquieſceret. Lucianus. ο δ' εγρηγοροσ και παντα περιεργοσ εγω βουλομενοσ μαθειν τινεσ οι βοωντεσ διακυπτω ανωθεν κατω δια τησ θυριδοσ. Ego ſtrenuus & inquies. & in omnibus curioſus cognoſcere uolens quinam eſſent illi uociferantes ſuperne proſpicio in partem inferiorem per feneſtram. COLlimatis oculis: Obliquatis. Detortis. Terentius in eunucho inquit. Ego limis aſpecto exponit Donatus. limos dici obliquos atque

Limis Limē.

tranſuerſos. unde limen quoq; dicitur quod ingredientibus exeuntibuſq; tranſuerſum eſt. cum igitur homines non recta facie ſed tranſuerſa intuentur limes dicuntur aſpicere & limis oculis: & collimatis. Plinius in. viii. de leonibus ſcribens ſic inquit. nec limis intuentur oculis aſpiciq; ſimili modo nolunt. plinium emulatus Solinus. Dixit breuius & obſcurius nunquam limo uident minimeq; ſe

Limo uident. Collimare. Limare. caput.

uolunt aſpici apud. M. Tullium uerbum eſt collimare pro eo quod eſt ferire ſignum deſtinatum oculis collimatis. ſic enim inquit in ſecundo de diuinatione ne: qui eſt enim qui totum diem iaculans non aliquando collimet limare caput plauto. Neuio. turpilio poetiſq; ueteribus eſt coniungere caput & copulare id quod amatores inter ſe potiſſimum amoris cauſa factitare conſueuerunt. INcoram. Lucius noſter ſæpe dicit ad inſtar incoram. & alia pleraq;: quæ a nobis ſimpliciter uſurpantur: ſic ueteres uſitati ſunt. CONtinuo: Statim. EMERſis: Legi poteſt emenſis utraq; lectio probabilis.

SCRVpuloſius: Diligentius. ſolicitius. curioſius. CIſta reuelata: Detecta patefacta detracto orificio ac operculo. Lucianus. ευρισκουσι τον εμον δεσποτην τη κιβωτω εγκειμενον. ideſt inueniunt dominum meum in arca Iacentem. PENſurum. Soluturum. pendere pœnas ſoluere ſignifi-

Pendere pœnas.

cat. ab eo ꝙ ære graui. cum uterentur Romani penſo eo non numerato debitum ſolebant. unde & penſiones dicte. plinius in. xxxiii. libralis inquit & dipōdius appendebat̄. aſſis quare æris grauis pœna dicta: ſic & Virgilius. tum pendere pœnas cecropidæ iuſſi. Liuius quoq; inquit ſat pœnarum penſum eſt. deniq; elocutio hæc. apud omnes luculentos ſcriptores frequentiſſima eſt: ut dicant pendere pœnas pro ſoluere. Namq; antiquorum pœnæ. omnes dicitur pecuniariæ: qđ & grāmatici tradūt.

IN publicum carcerem:Græce.δεσμωτήριον dicitur publicus carcer. Lucianus.εἰς τὸ δεσμωτήριον πέμπουσι. CAuillari:Irridere & iocari.Lucianus.ἐγέλων ἐπὶ τῷ μηνύσαντι ἐκ τῶν ὑπερῴων καὶ προδόντι αὐτοῦ δεσπότην.ideſt ridebant φ ex ſuperiore tabulato aſinus oſtenderet,proderetq; ipſius dominum. DE meo proſpectu:Quod ſcilicet per feneſtram proſpiciens.me & hortulanum prodidiſſem. EX proſpectu & umbra.Lucianus ſic.κἀκ τότε ἐξ ἐμοῦ πρῶτον ἦλθεν εἰς ἀνθρώπους ὁ λόγος ἐξ ὄνου παρακύψεως.ideſt tunc primum ex me.hic ſermo inter homines ortus eſt ex aſini proſpectu:prouerbium hoc ex proſpectu & umbra aſini ſignificat.ex re inſperata ſæpe magna res prodi atq; manifeſtari adduciq; in diſcrimen:ſicut ex proſpectu aſini detectus eſt.& proditus hortulanus deliteſcens interpres.Luciani prouerbium hoc ἐξ ὄνου παρακύψεως parũ eleganter interpretatur.ex aſino conſpecto.cum fuerit dicendum ex aſini proſpectu:quod & uerba græca ſignificant:& docet Lucius noſter Apud græcos celebre eſt id prouerbium ὄνου παρακύψεως de his qui ridicule calumniantur.Ferunt enim aſinum fregiſſe uaſa fictilia in figuli officina per feneſtram proſpicientem.unde Aſinus in ius uocatus a domino tabernæ interrogatus cuius criminis inſimularetur dixit.ὄνου παρακύψεως.ideſt de aſini proſpectu/alii tradunt/φ aſino proſpiciente aues euolarunt/diſruperuntq; telam.Quapropter dominus telæ aſinarium in ius uocauit:qui rogatus quam ob cauſam reus fieret dixit ex aſini proſpectu.unde natum eſt adagium.Sed attẽde quæſo lector:& nunc mihi totus adeſto φ cum Lucianus tantum dixerit ex proſpectu aſini natũ prouerbium/noſter addidit de proſpectu & umbra.ſcito non hoc ſimpliciter intelligendum:propter umbram aſini:ad quam unus cõmilitonum oculos direxit.& ex ea deprendit hortulanum deliteſcẽtem.Sed ut ego ſentio clanculum & diſſimulanter alludit ad prouerbium alterum græcum ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς.ideſt de umbra aſini:quo uti ſolemus de eos qui deſiderant noſce futilia & friuola:minimeq; utilia:Cuius meminit menãder in enchiridio.& plato & alii compluſculi:Ductum autem eſt ꝓuerbium ex fabula qua traditur iuuenem conduxiſſe mercede aſinum:& cum ſub umbra aſini per meridianm æſtum quieſcere uellet exturbatum eſſe ab aſinario aſſerente ſe illi aſinum tantum locaſſe non umbrã:ex hoc uentum eſt in iudicium ab utroq;/quod cum olim in iudicio cauſæ capitalis coram iudicibus faſtidioſis recitaſſet demoſtenes:& illi mox expergefacti fabellæ lepiditate:cuperent noſce quis fuiſſet exitus rei ſubiunxit orator oppido φ tempeſtiuiter & ſcite.ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς ἀκούειν ὦ ἄνδρες ἐπιθυμεῖτε ἀνθρώπου δὲ κινδυνεύοντος ὑπὲρ ψυχῆς οὐδὲ τῆς φωνῆς ἀνέχεσθε.o uiri.inquit cupitis audire de umbra aſini:hominis autem pro anima periclitantis defenſionẽ audire non uultis.Sunt & illa apud eoſdem græcos de aſino quoq; celebrata prouerbia.ὄνος πρὸς αὐλόν.aſinus ad tibiam.ὄνος λύρας aſinus ad lyram.ὄνος εἰς ἄχυρα aſinus in paleas.dicitur ãt hæc paroemia de his qui præter ſpem incidũt in bona illiſq; uoluptarie fruuntur.celebrant & illud. ὄνον κείρεις.aſinum tondes/de hominibus inefficacia aggredientibus.aſinum enim tondere nõ poſſumus:cui conſimile eſt hoc/ὄνου πόκους ζητεῖς.ideſt aſini uellera quæris.

Ex aſini proſpectu.

De umbra aſini.

Fabella lepida.

Aſinus ad Tibiã.

Aſinus in paleas

Aſinum tondes

in publicum deducũt carcerem:ſummoq; riſu de meo proſpectu cauillari nõ deſinũt. Vnde etiam de proſpectu & umbra aſini natum eſt frequens prouerbium.

Decimi Commentarii Argumentum.

HOc decimo libro cõtinet̃ militis cũ aſino ad ciuitatẽ acceſſus.facinoris muliebris ob amorẽ inceſtum:infandũq;:luculenta deſcriptio.aſini duobus fratribus facta uenditio.quorũ alter piſtor erat.Alter cocus.Mox fratꝝ ob aſini furtiuã rapinã cibariã diſſidiũ atq; cõtẽtio. Aſini uita genialis:& paraſitica ſub dño mitiore:eiuſdẽq; cũ matrona amorabũda cõcubitus:fœminæ ſceleſtæ ad beſtias dãnatio:iudicii paridis edicio:aſini fuga ex ſpectaculo.

DIe ſequenti meus quidem dominus hortulanus quid egerit:neſcio: me tamẽ miles ille: qui propter eximiã impotentiam pulcherrime uapula rat: ab illo præſepio nullo equidẽ contradicente: diductum:abducit: atq; a ſuo cõtubernio: hoc enim mihi uidebatur:ſarcinis propriis onuſtum & prorſus exornatum:armatũq; militariter:producit ad uiã: nã &

DIe ſequenti:Græce dĩ τῇ ὑστεραίᾳ.Quid egerit neſcio:Ex Luciāo ſic ſcribẽte.τί μὲν ἔπαθεν ὁ κηπουρὸς ὁ ἐμὸς δεσπότης οὐκ οἶδα. i.qd paſſus ſit hortulãus meus domius neſcio. OB eximiã ĩpotẽtiam:Vtꝝ ob iualẽtiã & ĩbelliã:an ob ĩmodicã militarẽq; potẽtiã:ac ĩſolẽtiã:ãbiguũ ẽ.cõſtat.n.militem uapꝉaſſe cũ ob ĩfirmitatẽ uiriũ qbꝰ hortulãus ꝓpolebat tũ ob cõtumatiam impotentiamque tyrannicam:dum militariter cedem hortulano minitatur. ABDVcit:Abducitur proprie alienus abducimus inuitos:ut docet Donatus:a Luciano autem diſſentit qui refert a milite uenditum eſſe aſinum πέντε καὶ εἴκοσι ἀττικῶν.ideſt uigintiquinq; atticis minis.

Abducere.

Arma ex terſa ſint. GAleam nitore præmicantem:Ex præſcripto diſciplinæ militaris:arma debent eſſe exterſa:atq; radi
antia.Ad officium tribuni militum pertinet:& ſollicitudinem:auctore Vegetio:ut miles ueſte niti-
dus.Armis bene munitus ac fulgens exercitationis uſu & diſciplina eruditus incedat.item præcipit
eligendum centurionem:qui contubernales ſuos ad armorum exercitium cogat:ut bene ueſtiti &
calciati ſint:ut arma omnium defricentur:ac ſplendeant.& extat epiſtola Aureliani imperatoris ad
tribunum ſcripta:qua præcipit ut arma terſa ſint:& profecto laus eſt imperatoris miles cultus.& mi-
cantibus armis inſtructus.

galeam nitore ꝑmicantē: & ſcutum cæteris his lōgius
lucēs:ſed etiā lāceam longiſſimo haſtili cōſpicuā: quæ
ſcilicet nō diſciplinæ tūc quidem cauſa: ſed propter ter
rendos miſeros uiatores: in ſummo atq; edito ſarcina
rū cumulo adinſtar exercitus ſedulo cōpoſuerat: cōfe-
cta campeſtri: nec adeo difficili uia ad quandam ciuita
tulā peruenimus: nec ī ſtabulo: ſed ī domo cuiuſdam
decurionis diuertimus: ſtatimq; me cōmendato cuidā
ſeruulo: ipſe ad præcioſitū ſuum: qui mille armatorū
ducatū ſuſtinebat:ſollicite proficiſcitur. Poſt dies plu
ſculos:ibidem deſignatum ſceleſtum & nefarium faci-
nus memini. ſed ut uos etiam legatis ad librum profe-
ro. Dominus ædium habebat iuuenem filium: probe
litteratum. atque ob id conſequenter: pietate: modeſ-
tiaq; præcipuum: quem tibi quoq; proueniſſe cupes:
uel talem. Huius matre multo ante defuncta: rurſum

Lau-
dant ſcriptores cæſarem dictato-
rem:ꝙ haberet milites tā cultos:
ut auro & argento politis armis
ornaret.ſimul & ad ſpeciē & quo
tenaciores eoꝝ in prælio eſſent
metu dāni.Lampridius quoque
refert Alexandrum Romanum
imperatorem ſibi feciſſe argyroa
Chryſoa-ſpides. ſpidas & chryſoaſpidas milites cū
clipeis argentatis & auratis:exem
plo Alexandri macedonis:quem
tradunt ſcutis militum argente-
as laminas: equis frenos aureos
addidiſſe.loricas quoq; alias auro
alias argento adornaſſe. LAN-
ceam longiſſimo haſtili:cum Lu
cianus hunc in macedonia mili-
Sariſſa. tem fuiſſe deſcribat.intelligimus
ſariſſam ſignificari.& enim ſariſſa
ut docet helianus in tacticis Lan
cea eſt:qua utitur phalanx mace-
donica.longitudine.xiiii. cubito-
Sariſſo-phori. rum:quorum duo manus continent reliqua.xii.prominent:inde ſariſſophori noſtris ſcriptoribus di
cti:qui ſariſſas geſtant. SEdulo:Inſtanter diligenter. CIuitatulā græce.πολιχνιον dicit' ex υποκο-
Decurio. ρισματοσ.ideſt diminutiui formula. DEcurionis:Modo decurionem accipe pro turmæ equitū
præfecto.poteſt etiam accipi pro ſenatore municipali:& enim ſenator in municipiis dicitur decurio:
ut ſuo loco copioſius ē annotatum:eſt autem decurionis militaris officium conto ſcienter uti:& tur
Ducatus males ſuos:ideſt equites ſub cura ſua poſitos erudire ad oīa quæ equeſtris pugna depoſcit. DVcatū
ſuſtinebat.præfecturam gerebat ducatus dicit' præfectura ſiue prepoſitura & īperiū militare a duce:ut
principatus a principe.tribunatus a tribuno.in Aureliano inquit flauius uopiſcus.habuit multos du
catus.multos tribunatus.apud Suetoniū ferebat' ducatus & īperia ludere:uidet' āt ſignare chiliarchū.
ſic enim græco uocabulo noīatur tribunus militū:qui præeſt mille militibus. ex diſciplina romanæ
Chiliarchus. militiæ:ut docet Ioſephus in tertio belli iudaici.milites ad centuriones.illi ad chiliarchos conueniūt
ſalutatum:cū quibus ad ſummū oīum ducē uniuerſi ordinū principes:ille autē his ex more dat præce
pta perficienda ſubiectis. DEſignatū facinus,Praue & perperam factum deſignare eſt rem nouam
Deſignare. facere in utrāq; partē.& bonā & malā.praue & recte facta deſignata apud ueteres dicebant':hic in ma
lam partē ponitur.Deſignatores dicti:qui ludis funebribus præſunt.ob eā cauſam ut credit Dōatus.
Deſignatores. ꝙ ipſis ludis multa fiant noua & ſpectanda.Terentius in adelphis:mō qui deſignauit. DOminus
ædium:Decurio ſignificat'. IVuenē probe litteratum.idolon & ſimulachꝝ huiuſce iuuenis probiſſi-
Laus bartholomei. Blanchini. mi quem Lucius noſter hoc in loco deſcribit.eſt Bartholomeus Blanchinus municeps meus: q No
bili genere natus:bonis moribus ornatus litteris litteratis excultus.auditor meus.mihiq; ſumma be
niuolentia copulatus effingit ac repreſentat iuuenē ex omni parte laudabilē.Dotibus animi accedūt
bona corporis:atq; fortunæ.Diligit doctos.& me imprimis.contubernio proboꝝ artificiū lætat': ma-
ximeq; pictoꝝ:habet domi ueluti in larario nomiſmata ex auro & argento cōpluſcula:quibus minu
tæ magnoꝝ uiroꝝ facies expreſſæ cōſpiciunt':ociū & quietē litterariā cōprimis probat:& ſectat':mode
ſtia & probitate præcipuus uiuit in celibatu:quāuis eū geneꝝ optēt ſummates.Prorſuſq; huic Apule
iano iuueni cetera ſimillimus:niſi quod nec patrē habet.nec Nouercā domi. & melioribus annis na-
tus:fortunatius degit nec inſidias nouercales pertimeſcit.quibus obnoxius fuit hic:quem Luci9 no
ſter perſcribit dilectū eē a nouerca:amore inceſto:& infando. CONſequēter modeſtia ꝑcipuū:Pietas
Humanitas. modeſtia humāitas ſūt ſeqlæ & comites litteraꝝ:litteræ bonos mores & uirtutes oīs policitas edocēt
humanitatē ueteres appellauerūt.id ꝑpe modū qd græci παιδειαν noſtri eruditionē inſtitutionēq;
Pedia. in bonas artes dicūt:quas qui ſinceriter appetunt:hi ſūt uel maxime humaniſſimi.e contrario αμου
σοσ ideſt ſine muſis & litteris apud græcos dictus pro inelegante & ruſtico atque impolito.

MAtrimoniū

MAtrimoniū reparauerat. Secūdā uxorē duxerat: Digamiāq; celebrauerat. ſicut īprobe neptunū accuſat qui iterū naufragiū facit. ita qui ſecūdis pedicis cōiugalibus īplicatur: iniq; uitā uxoriā ſtatūq; maritorꝝ criminatur: ſemel ducēda uel ſapiēti uxor eſt: ut politice & ciuiliter uiuere uideat̄. ſed ſi digamus hoc ē bimaritus eē appetit: & digamiæ munera decātat: uecors ē. Nā prīa uxor aut bona fuit aut mala ſi bona nō ē ſecūda uxor ducēda: q̃ primæ cōſimilis eē nō poterit/ quinimo timēdū: ne ī locū bonæ peſſima ſuccedat: cū proba ſit rara auis ī terris nigroq; ſimillima cygno: ſi uero mala. tāto mīus ē ducēda.

Digamia

digamus

matrimonium ſibi reparauerat: ductaque alia filium procreauerat alium: qui iam duodecimum ætatis annum ſupergeſſerat. Sed nouerca: forma magis: q̃ moribus in domo mariti præpollens: ſeu naturaliter īpudica: ſeu fato ad extremum impulſa flagitium: oculos ad priuignum adiecit. Iam ergo lector optime: ſcito te tragœdiam non fabulam: legere: & a ſocco ad cothurnū aſcendere. Sed mulier illa: quādiu primis elementis cupido paruulus nutriebatur: ībecillis adhuc eius uiribus: facile ruborē tenuē deprimēs: ſilētio reſiſtebat. At ubi cōpletis igne ueſano totis p̄cordiis īmodice bacchatus amor exeſtuebat. ſeuiēti deo iam ſuccubuit: ac langore ſimulato uulnus animi mētitur ī corpis ualitudie. Iam cætera ſalutis uultuſq; detrimēte: & ægris: & amātibus examuſſim conuenire: nemo qui neſciat.

Cū īprobitas prīæ poterit ac debuerit oſorē te facer̄ ac faſtidioſū totius fœmineæ natōis: ſicut etiā euripides mulieres fere oīs maiorē ī modū exoſus fuiſſe dicit̄ ꝙ ſimul duas uxores habuerit: quarū matrimonii ptedebat. Quod aūt digamia monogamia deterios ſit. hinc liquet ꝙ digamus ī clerum eligi nō pōt: hieronymus tñ īquit nō dāno digamos: imo nec trigamos: & ſi dici pōt octogamos. SEV fato īpulſa. Pleriq; oēs ī culpa: & maleficio reuicti pfugiūt ad fati neceſſitatē tāq̃ ī aliquod aſyllū/ & q̃ peſſime fecerūt/ ea nō ſuæ temeritati/ ſed fato eē attribuēda dicūt. Apud maternū geniturae explicātur q̃ maleuola ſtellarū radiatione faciunt nouercas amor̄ priuignorꝝ ī fando īplicari. OCVlos ad priuignū adiecit. Naturali & quaſi genuino odio nouercæ priuignos pſequuntur hinc uerbū elegās nouercari ꝑ eo qd ē agere more nouercarū: maligne. ſ. & inimiciciter. Hinc Oratius ī epodo: qd ut nouerca me intueris. Plinius noſter naturā homini nouercā triſtē eē cēſet: Ergo igit̄ cū nouercæ priuignos naturaliter oderint: cū nouercalia odia ſint famigerata. hæc priuigni amore capta eſt. hæc ardere cœpit ī libidines. īceſtas. cū talis amor ſit omni odio deteſtabilior: execratiorq;: melius eſt. n. odiſſe priuignū: q̃ turpiter amare. TRAgœdiā legere: In tragœdiis plerūq; amores inceſti īnfandiq; explicātur. tragœdiæ narrāt quēadmodū phedra amore fœdiſſimo priuignū hippolytū deperibat. Deniq; tragœdiarū argumēta ſunt nefandæ nouercarū priuignorūq; amationes: ideoq; euripides petēte Archelao rege ut de ſe tragœdiā ſcriberet. abnuit ac p̄catus ē ne accideret archelao aliqd tragœdiæ propriū: oſtēdēs nihil aliud eſſe tragœdiā q̃ miſeriarū cōprenſionē: q̃ ut græci diffiniunt eſt. λειρωρ περιοχη. i. rerum triſtium. cōprēſio cum comœdia ſit ἰδιοτικῶρ καὶ πολιτικῶρ πραγματωρ ακιρδυροσ περιοχη. i. priuatarū ciuiliūq; rerū ſine piculo uitæ cōprēſio. p̄terea ī tragœdia fugiēda uita. ī comœdia capeſſenda exprimit̄. p ſoccos aūt materia comica p cothurnos tragica ſignificat̄: cū ſoccus ſit calciamētū comœdorū hiſtrionū: coturnus uero tragœdorū: qd̓ ex uerſu oratiano ſat notū eſt. hūc ſocci cœpere pedē grādeſq; cothurni: illud adde ſcitu dignū. ꝙ cū cothurnus ſit calciatus utrique pedi aptus Atheniēſes hinc theramenē cothurnū cognominarūt: tāq̃ mō harū: mō illarū partiū ſectatorē: puerbiū quoq; apud græcos celebrat̄. ευμεταβολωτεροσ κοθορνου. de his qui mobiles ſūt & aſſidue īmutātur. a ſocco ad cothurnū: expone a tēuioribus ad grauiora: a iocoſis ad triſtiora: a licitis ad illicita: a rebus comicis a tragicas. & eni Tragœdiæ ꝓpriū ē amor īfandus atq; triſticia. AScēdere: ſignate locutus ſtilus eni comicus humilis ē & materia. Tragicus uero caracter ſublimis: ſicut & argumētū. inde cothurnati dicti grādiloqui & inſtar aquilarū p ſublimia uolitātes. SILENtio reſiſtebat: Silenter diſſimulabat. BACCHAtus amor. Seneca labitur totas furor in medullas Igne furtiuo populante uenas. SEVIENti deo. Cupidini qui impotens flāmis ſimul & ſagittis regnat in orbe: cuius ſpiculis ſuccumbunt mortales īmortaleſq;. qui ſuperos ipſumq; iouem. qui numina ponti terrarūq; domat. CVPIdo paruulus. Tulliana ſententia eſt. malum naſcens facile opprimitur inueteratum fit plerūq; robuſtius. MENtitur ī corporis ualitudine: ſimulat ſe langore corporis affectam. cum animi egritudine tabeſcat. ſic olim antiochus amore nouercæ ſtratonices captus. cum cupidini ſeuienti ſuccubuiſſet: nec ullum remedium tanto malo reperiret ſimulans ſe corporis morbo conflictari in lecto decubuit: qui mox opera & aſtu Eraſiſtrari medici reualuit factus uoti cōpos. EXamuſſim: Exanimate optime ad unguem regulariter. Plautus ut hanc rem uobis examuſſim diſputē: Aduerbium eſt: amuſſis enim regula fabrorꝝ eſt: qua architecti opus probabāt: uel ut alii uolūt ferramentū quo ī poliendo utuntur. inde amuſſitata idoles Plauto ꝑ examinata atq; pfecta. ſic eni ſcribit in milite in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. & ita hūc locū plauti legendū eſſe docet Nonius mar-

euripideſ oſor mulierum.

Nō dāmno octogamos.

Nouercari.

Tragœdia comprenſio miſeriarꝝ

Soccus Corhurnus.

Cothurnati.

antiochꝰ captus amore. nouercæ

Examuſſim.

Amuſſis amuſſitata.

cellus cũ in plautinis codicibus paſſim legatur. emuſſitata: quã tamẽ lectionẽ ut probã emaculatãque
Emuſſitata. tueri poſſumus auctoritate Feſti põpeii. qui ſcribit emuſſitata dici ad amuſſim facta: & ne quis audeat
id ueſſe cõuellere & calumniari: traditur hoc a Feſto in dictionibus a littera: e incipientibus: Au. Gelli-
Pallor amantis & ægri. us in primo iudiciũ factũ ad amuſſim diceres. PALlor deformis: Egroti & amantis ſigna cõmunia.
nã qui amat: & qui ægrotat. pallore deformat̃. De ægroto. notiſſimũ Virgilianũ illud. cõtinuo ẽ ægris
alius color horrida uultũ deformat macies. De amante illud Oratianũ. & tinctus uiola pallor Aman-
tium: ex pcepto quoq; naſonis:
palleat omnis amans color hicẽ
aptus amanti. LASSA genua:
Labant genua. in egroto. labant
& in amatore qui uidens amicã.
& mẽte & genibus tremit. iuxta
illud Terẽtianũ. totus parmeno
trẽo horreoq;: poſt q̃ aſpexi hanc
aiunt phyſici. ex nimio ardore ef
Ex calore horror. fectũ frigoris reddi: ut ex frigore
nimio effectus ignis exiſtit: natu
ra eni magni caloris horrorẽ in-
cutit: ut nimiæ febres. Qui es
turbida. Quis neſcit turbidã in-
quietãq; quietẽ eſſe infirmis? qui
inſomnioſi ſũt: qui diris uiſioni-
bus agitãtur: hinc Oratius uelut
egri ſomnia uanæ finguntur ſpe
cies. In eãdẽ ſentẽtiã eſt illud per-
ſianũ. ægroti ueteris meditantes
ſomnia: Idem quoq; eſt amoris affectus. Amator enĩ inſtar Achillis homerici: expertus loquor: nunc
pronus in faciẽ. nũc ſupinus cubat. toto lecto uerſat corpus: dum ſomnũ oculis capere nõ põt: cuius
Notæ amoris. tumultuoſa per torũ iactatio eſt: & inquies nocturna. SVSPIritus uehemẽtior. Suſpiratus ſiue ſuſpi
rium. Plutarchus ſapho cæteri amatoribus aſſignãt defectũ uocis:ruborẽ uultus: mox pallorẽ intui-
tũ oculorũ incõniuẽtẽ: ſudores acutos motũ uenæ incredibilẽ: & crebra ſuſpiria. Oratius quoq; ſigna-
re uolens amoris indiciũ ſic inquit in epodo. Amantẽ langor & ſilentiũ arguit. & latere petitus imo
ſpiritus. FLuctuare ardore febriũ. ſi uidiſſes fœminã hoc pacto languẽtẽ: crediddiſſes eã ardentibus fe
bribus torqueri. ſed cũ fleret ſignũ erat cupidineæ flãmæ: qua uitalia intrinſecus torrebantur: nã ut ait
ſpecioſiſſime poeta. eſt mollis flãma medullas interea & tacitum uiuit ſub pectore uulnus. apud Oui
dium inquit biblis amore tabeſcens. eẽ quidẽ leſi poterat tibi pectoris index. & color & macies. & uul
tus & humida ſæpe lumina. nec cauſa ſuſpiria mota parenti. HEV medicorũ. Imitatio maroniana.
Heu uatũ ignaræ mentes quid uota furentẽ. quid delubra iuuant. medicos damnat inſcitiæ: qui parũ
ſolerter parũq; curioſe diſpicerẽt. quid pulſus. quid creber anhelitus. quid calor ĩmodicus. in fœmina
ſignificarent. nec eni hæc morbi erãt. ſed ardentiſſimi amoris indicia. Quod uel mediocriter erudito
medico comprendere fas erat. LATErum uiciſſitudines. Modo in dextrum. modo in ſiniſtrum la
tus iactatio. ſic achilles homericus ex deſiderio patrocli. nunc in latus. nunc reſupinus. nunc pronus
Supini cubitus. nunc rectus uolutatur. Supini cubitus. ut inquit Plinius noſter oculis conducunt: at proni tuſſibus.
In latera aduerſus diſtillationes. Theophraſtus tradit celerius concoqui dextri lateris incubitu diffi-
Dextri lateris incubitus. cilius in ſupinis. SINE corporis calore flagrante: Vbi homo flagranter æſtuat citra corporis calorẽ.
& febrem nimirum ille ob amorem animo ardet: non corpore febricitat. Talis enim flagrantia non
corpus ſed animum populatur: quæ cognitio comprenſioq; uel mediocri medico facilis eſt. AL-
TERIVS agitata: Lego altius uel alternis agitata. FILIVM: Priuignum intelligit. quem nouerca
deperibat. NOMEN: Scilicet filii. nec enim uoluiſſet amorabunda fœmina filium eſſe & dici: quem
ipſa efflictim deperibat: quia talis amor infandus inceſtificus. execrabilis eſt. conſimiliter apud Oui-
dium biblis caunum fratrem deamans nomen ſororis eradit ex epiſtola. ſcripta ſoror fuerat uiſum
Duo nomina ꝓprium & naturale. eſt delere ſororem. Vnicuique: ut alibi quoque dictum eſt duo ſunt nomina unum proprium al-
terum naturæ & ſanguinis. quo ſe debent appellare coniunctæ perſonæ. ut eſt nomen matris &
filii nouercæ & priuigni. Nunc ergo amorabunda nouerca libenter eraderet hoc naturale nomen:
ne aut filium aut priuignum nominare cogeretur: quæ nuncupatio in re obſcena. ſine rubore eſſe
Striata frons. non poteſt. PARENTIS: Nouercæ quæ parentis: hoc eſt matris loco eſſe prinigno debet. & pri-
uignus nouercæ perinde ac parenti obſequi debet. STRIATAM frontem: Rugoſam contra-
caperata. ctam ſubductam qualis ex triſticia eſſe ſolet: quæ & caperata frons dicitur. & decenter dixit Plautus.
Striatæ colũnæ. quid huic homini frons caperat ſeueritudine ſtriæ ſunt canaliculæ in columnis & caua. unde co-
lumnæ ſtriatæ dictæ. Talibus fulciuntur edes Bentiuolorum magnificentiſſimæ. quidam ſtrias

pallor deformis. marcẽtes oculi. laſſa gẽua. quies turbida: & ſuſpiritus cruciatus. tarditate uehemẽtior. crederes: & illã fluctuare tãtũ uapore febriũ. niſi quod & flebat. Heu medicorũ ignare mentes. quid uenæ pulſus. quid caloris intemperantia. quid fatigatus anhelitus. & utriq; ſecus iactate crebriter laterũ mutuæ uiciſſitudines. Dii boni q̃ facilis licet nõ artifici medico: cui uis tamen docto ueneriæ cupidinis comprenſio: cum uideas aliquem ſine corporis calore flagrãtem. Ergo igitur impatientia furoris alterius agitata: diutinum rupit ſilentium: & aduocari præcipit filiũ: quod nomen in eo ipſo: ne ruboris admoneretur: libenter eraderet. Nec adoleſcens ægre parentis moratus imperium: ſenili triſticie ſtriatam gerẽs frontem: cubiculum petit

non ipſos canaliculos dici interpretantur:ſed prominentias.& extuberationes inter caua & canalicu
las columnarum.Victruuius in quarto columnas inquit ſtriari uiginti ſtriis oportet. Idem ſtriaturã ſtriatura.
appellat deſcriptionem ſtriatarum columnarum.Igitur tranſlatione uenuſtiſſma ſtriatam frontem
poſuit Lucius noſter pro triſtiſſima & caperata in qua rugæ aſpiciantur inſtar ſtriarum : quas in co/
lumnis efficimus/rugarum enim & ſtriarum reciproca tranſlatio eſt.Idem Victruuius trunco inquit
toto.ſtrias uti ſtoiarum rugas matronali more demiſerunt. Craſſitudines ſtriarum eodem auctore

uxoris patris:matriſque fratris utcunque debitum ſi/
ſtens obſequium.Sed illa cruciabili ſilentio diutiſſime
fatigata: & in quodam uado dubitationis herens: om
ne uerbum quod præſenti ſermoni putabat aptiſſimũ
rurſum improbans:nutante etiam nunc pudore: un/
de potiſſimum caperet exordium:decontatur.At iuue
nis nihil etiam tunc ſecius ſuſpicatus: ſummiſſo uul/
tu rogat ultro præſentis cauſam egritudinis. Tunc il/
la nacta ſolitudinis damnoſam occaſionem:prorum/
pit in audatiam: & ubertim ad lachrymas: laciniaque
contegens faciem:uoce trepida:ſic eũ breuiter affatur.

C Auſa omnis & origo p̃ſentis doloris: & etiam
medela ip̃a:& ſal9 unica mihi tute ip̃e es. Iſti enĩ
tui oculi per meos oculos ad ĩtima delapſi præcordia
meis medullis acerrimum cõmouent incẽdium: ergo
miſerere tua cauſa pereũtis:nec te religio patris omni/
no deterreat:cui moriturã prorſus ſeruabis uxorẽ:il/
lius enim recognoſcẽs imaginem mutua facie merito
te diligo:habes ſolitudinis plenam fiduciam:habes ca
pax neceſſarii facinoris otium. nã quod nemo nouit:

faciendæ ſunt. quãtum adiectio
in media columna ex deſcriptio
ne inuenietur: ſtrigæ uero aliud Strigæ.
longe ſignificant.nam ut grãma
tici docent appellantur ordines
rerum inter ſe iunctim collocata
rum a ſtringẽdo dictæ. Columel
la in ſecundo de fœno loquens
ſic refert. tunc demum conuerte
mus & utrũq; ſiccatum coartabi/
mus in ſtrigam. atq; ita manipu/
los uinciemus. VXOris patris:
Nouercam ſignat:quæ uxor erat
patris , & filium ꝓcreauerat aliũ.
qui ex patre iſtius adoleſcẽtis fra
ter erat. VTRVNque.Nitidior
lectio eſt utcũq;. SISTENS ob/
ſequiũ. Ideſt ſe obſequioſum ex/
hibens.uerbum iuris ẽ ſiſtere ua/
dimoniũ ſiſtere reũ quod ad alia
quoq; trãſfertur.Ouidius ſiſtitur
ante aras. Au. Gellius docet ab
hoc uerbo ſiſto ſtiti i præterito di Siſto.
ci nõ ſteti.a.M.Catone recte ſcri/
ptum eſſe uadimonium ſtitiſſet
quod audaces emẽdatores.e ſcri
pto ſtetiſſes corruperũt. IN VA In uado
do dubitatiõis:Incerta ac fluctua ſalutis.
bunda ſicut cymba in uado periclitatur:contra dixit Plautus prouerbialiter.in uado ſalutis res eſt.
VNVM.Legendum eſt unde/exprimitur amantis affectus.q̃ unde exordiatur cum priuigno allo/
quium neſcit:quæ incipit effati mediaq; in uoce reſiſtit. DECONtatur.Valde cuntatur:& heſitat:ſic
biblis apud Ouidium incipit & dubitat ſcribit damnatq; tabellas.& notat & delet mutat culpatq; pro
batq;. SVMmiſſo uultu.Hoc in laudem pudibundi iuuenis dictum eſt.qui uultu demiſſo.ac uerecũ
do quærit de matre cauſam ægritudinis: NActa.Nam citor dicitur apd ueteres pronactuſerit. OC
caſionem ſolitudinis:Solitudo ſæpe nobis magna mala ſuadet.ut inquit Seneca.& cogitationes di/
ras ſuggerit ex cuius occaſione nunc nouerca fit.audax apud priuignũ.& amorẽ infandũ tetrũq; con
fitetur ac detegit. VBERtim:Large & abundanter. LACInia:Præ pudore cooperuit faciem.ut li/ Vbertim
berius amorem impudicum ſceleſtumq; profiteretur. Apud Platonem ſocrates operit pallio caput
orationem quandam parum pudicam habiturus. Apud Gellium Iulianus rethor capite conuelato
canit uerſus poeticos amaſios ac uenerios. ET medela ip̃a:Huic ſententiæ quadrat illud Ouidianũ
tu ſeruare potes.tu perdere ſolus amantem. TVI oculi p meos oculos:Amor ut philoſophi tradunt
& meminit Plato deſiderium ẽ fruendæ pulchritudinis fruitur autem amator re amata per oculos.
Vnde merito oculus cauſa & origo eſt amoris ut muſeo placet. oculus radiorꝫ aculeos in contuen/ Oculus
tis e regione oculos iaculatur:hinc uirulentus aculeus tranſuerberat oculos.& hominis percuſſi præ fõs amo/
cordia corq; conuulnerat;Quintilianus in ea declamatione:quæ inſcribitur cecus in limine.oculi in ris.
quit ſunt tota noſtra luxuria.hi nos in omnia quotidie uitia præcipitant mirantur adamant concu/
piſcunt. PEReuntis. Scilicet mei Ouidius miſerere fatentis amorem & non faſſuræ niſi cogeret
ultimus ardor. ILLIVS imaginem:Filius imago patris eſt:quem non tam facie q̃ moribus repre
ſentat: phedra apud Senecam ſic inqit ad Hippolitum: hippolite ſic eſt Theſei uultus amo. & mox
paulo.Talis en talis fuit cum placuit hoſti.ſic tulit Celſum caput.in te magis refulget incomptus de
cor & genitor in te toruus. HABEre:Corrige habes. Sollitudinis fiduciam: Solitudo ut ante di/
ximus multa mala nobis ſuadet:& locus sb omni arbitro liber fiduciam dat patrandi ſceleris. NE Neceſſa/
ceſſarii facinoris: Facinus neceſſarium uocat. quod cum neceſſaria perſona committitur. & ne/ rium faci
ceſſitudinis uinculo copulata/qualis eſt inter nouercam priuignumque coniunctio. nus.

PENE nō fit:Sentētialiter hoc dictū́ eſt.tāq̄ ꝑ infectis habēda ſint:q̄ facta eē nemo cognouerit.Olim Claudius īperator iuuenē adulteriis famoſum monuit ut cautius indulgeret uoluptati ueneriæ.tāq̄ nō fiat qd' latet. Philoſophus quoq; noīe pegrinus exiſtimabat hoīes tūc peccare procliuius cū latere poſſe id peccatū putarēt:īpunitatēq; ex ea latebra ſparēt. Virū uero ſapiētē nō peccaturū eē dicebat etiā ſi peccaſſe eū dii atq; hoīes ignoraturi forēt:nō enī pœnæ aut infamiæ metu nō eē peccandū:ſed iuſti honeſtiq; ſtudio & officio. PERturbatus.Apud Senecā impudica nouercæ cōpellatione pturbatus Hippolytus.ſic exclamat Magne

pene nō fit. Repentino malo perturbatus adoleſcens: q̄q̄ tale facinus protinus exhorruiſſet: nō tamen negationis intēpeſtiua ſeueritate putauit exaſperandā: ſed caute promiſſionis dilatione leniendā: Ergo prolyxe pollicetur. ut & bonū caperet animū: refectioniq; ſe: ac ſaluti redderet: īpendio ſuadet donec patris aliqua profectione. liberū uoluptati concederetur ſpatiū: ſtatimq; ſe refert a noxio cōſpectu nouercæ. Et magnā domus cladem ratus īdigere magno & ampliore cōſilio: ad quēdā cōpertæ gratuitatis educatorē ſenem protinus refert nec quicq̄: diutina deliberatione: tā ſalubre uiſum: q̄ fuga celeri procellam fortunæ ſæuientis euadere. Sed īpatiens uel exiguæ dilationis mulier: ficta q̄libet cauſa: confeſtim marito miris perſuadet artibus ad lōgiſſime diſſitas feſtinare uillulas: quo facto: maturatæ ſpei ueſania præceps: promiſſæ libidis flagitat uadimoniū. Sed iuuenis modo iſtud: modo illud cauſæ faciēs: execrabilem fruſtatur eius aſpectum. quoad illa nuntiorum uarietate: pollicitationem ſibi denegatam manifeſto perſpitiens: mobilitate lubrica: nefarium amorem ad longe deterius tranſtuliſſet odium: & aſſumpto ſtatī nequiſſimo & ad omne facinus

regnator deū tā lentus audis ſcelera tā lētus uides. hic uero neq; clamoſus neq; iurgioſus inducit' ſed cōſultus & prudens. qui promiſſione leniendā magis fœminā cēſuit q̄ negatiōe exaſperādā.

INtēpeſtiua:Pitacus ex ſeptē ſapiētib' unus dicere ſolebat γνω θι καιρον.i.noſce tēpeſtiuitatē: intelligi uolens in rebus omnibus obeundis nihil eē cōducibili' meliuſq; tēpeſtiua oportunitate:e cōtrario nihil peius ītēpeſtiuitate. Sup q̄ relatiſſime pſcripſimus in heptalogo:ſic ſeueritas q̄ alioqui iter uirtutes nūerat' ī uitii nomē trāſibit ſi fuerit ītēpeſtiua. neq; ca ta καίρον.i.ex oportunitate adhibita. Vñ laudādus hic iuuenis q negare ſeueriter noluit:ne p intēpeſtiuā ſeueritatē. fœmīa magis ac magis exaſperaret'. PROLYXE. Benigne large liberaliter.M. Cato res prolyxas dicit quas aliis quoq; uocabulis ſecūdas & ꝓſperas appellat. IMpendio ſuadet. Valde uehemēter hortatur. REfert:Retrahit abducitq;. AD educatorem refert:Ideſt cōſulit nutriciū ſenē.& q̄ ſit ſup re tāta illius exquirit ſentētiā. q cū ſenex eēt merito multarū rerū cōſultiſſimus gnauiſſimuſq; uideri poterat cū ætate ſapiētia adipiſcat'. In ſenibus prudētia eſt.atq; cōſiliū.& ut inqt Plautus ī trinūmo.Sapiētiæ ætas cōdimētū ē.Sapiēs ætati cibus ē.Senibus ut auctor ē Quintilianus auctoritas maior ē ꝙ plura noſce & uidiſſe credūtur. qd' & Homerus frequētiſſime teſtatur. & ut eleganter ſcribit.M.Tullius in Catone temeritas eſt ſcilicet floreſcentis ætatis prudentia ſenectutis. In ſenibus conſilium ratio ſententia eſt:quæ niſi forent nō ſummū conſiliū maiores noſtri ſenatū appellaſſent: proinde probandus eſt adoleſcens qui conſiliarium ſenem educatorem adhibuit: qui ex conſilio ſenioris atq; ſentētia ſaluberrima decreuit ſubducere ſe ſe nouercalibus blandiciis.& fuga euadere hāc quaſi procellam ex fluctibus cupidineis impendentem. IMPAtiens mulier.Omnis mora amātem torquet.omnis cunctatio tormentum eſt:& ut inquit Plautus in penulo. Amans quicquid agit properat omnia:amanti nihil ſatis feſtinatur. DISSItas: Longe remotas diſtanteſq; ab urbe. Antiqui improbarunt uillas & predia longe ab urbe diſtantia.hinc Pomponius inquit longe ab urbe uillicari.quo herus rarenter uenit.non uillicari ſed dominari mea eſt ſententia.Columella quoq; cenſet in propinquo agrum mercari:quo & frequenter dominus ueniat:& frequentius ſe uenturum q̄ ſit uenturus denunciet putatq; ſuburbanum prædium cōmodiſſimū eſſe. Catonis dictū eſt.de agro parando pedibus cōpenſari pecuniam. FLAgitat uadimonium:Ex forenſibus uerbis trāſlata ſententia ſicut enī ad uadimonium uenire ſolet litigator qui id promiſit.Ita decenter uadimonium libidinis flagitat nouerca a priuigno.ut ſe ſe ſiſtat ī paleſtra ueneria.ut qd' uerbo promiſerat re perficiat. ILLVD cauſæ.Ideſt modo hāc rem modo illam cauſatus. MObilitate lubrica:Nihil eſt mobilius mente fœminea:quod & teſtimoniis poetarū & græco uerbo ſatis liquet quis enim neſcit illud.uarium & mutabile ſemper fœmina.Item mobilior uentis o fœmina.Item ah crudele genus nec fidū fœmina nomen:græce dicitur. κουφον το φυλλον των γυνάκιων.i.leue ē & mobile genus fœminarum.proinde uidemus quotidie amorem fœminæ torrentiſſimū.in odium interneciuū repente conuerti:& ex amorabunda fieri infeſtiſſimam:Amor in nouerca erga priuignum nefarius eſt & execrabilis:ſed

Heptalogus Phil. Beroaldi

Prolyxæ res.

Impēdio ualde.

In ſenib' prudētia.

Amans properat omnia.

Suburbanū pdiū cōmodiſſimum.

Mobilitas fœminæ peculiaris.

odium ſit longe execrabilius.cum necē meditatur cum ad uenena accingitur.cum in prignum furibunda bacchatur.fecit hæc nouerca in priuignum.id quod fieri ab uxore ī maritum ſcribit Hieronymus:qui in libris contra Iouinianum in ſectam fœminarum perorans ait.In odium uertetur ac iurgia.& niſi cito conſulueris parabit uenena. EMANcipato:Addicto parato alias emancipatus dicitur emiſſus ex patria poteſtate:Verbum iuriſconſultorum apud Oratium in epodo ſcriptum eſt.Romanus heu poſteri negabitis emancipatus fœminæ. Vbi emācipatus accipitur pro addictus.& quaſi in

emancipato quodam dotali ſeruulo: perfidiæ ſuæ cōſilia cōmunicat:nec quicq̄ melius uidetur:quā uita mi ſerū priuare iuuenē.Ergo miſſus cōtinuo furcifer:uenenum præſentarium comperat:idq; uino diligenter dilutum: inſontis priuigni preparat exicio: ac dum de oblationis opportunitate ſecū deliberant noxii homīes: forte fortuna: puer ille iunior propi⁹ peſſimæ fœmīæ filius: poſt matutinū laborē ſtudiorū: domū ſe recipiēs:prādio iā cœpto: ſitiens: repertū uini poculū:in quo uenenū latebat īclusum:neſcius fraudis occultæ: cōtinuo pduxit hauſtū atq; ubi fratri ſuo paratā mortē ebibit:exanimis terræ procūbit.Illius quoq; repētina pueri pernicie: pedagogus cōmotus:ululabili clamore:matrē totāq; ciet familiam.Iāq; cognito caſu noxiæ potionis: uarie quiſq; præſentium: auctores inſimulabāt extremi facinoris.Sed dira illa fœmina &

mancipiatum.& ſeruitutem datus Cleopatræ. DOTAli ſeruo. Dotales ſerui ut ex uerbo ipſo notiſſimum eſt dicuntur quos uxor cum dote ad maritū attulit. Plautus ī aſinaria. Dotalē ſeruum ſauream uxor tua adduxit cui plus ī māu ſit q̄ tibi.De ſeruis dotalibus & ancillis mētio fit apud iuriſconſultos & ait Paulus titulo de donationibus.ſi qd ī pueros ex ancillis dotalibus natos maritus īpenderit aut ī doctrinā.aut in alimēta nō conſeruatur marito:quia ipſe miniſteriis eoꝝ utitur quēadmodū ſi a predonibus redemiſſet ſeruos dotales. receptitiū uero ſeruū appellāt propriū uxoris:quē ſibi recipit ac retinet neq; doti dat. De quo Au.Gellius.de quo &.M. Cato loquit᷑.ſic ſcribens ubi irata facta eſt ſeruū recepticiū ſectari atq; flagitari uirū iubet. VENenū pn̄tarium:Dicimus uenenū p̄ſentarium ſiue præſentaneū:qd' ſtrenuiſſimū.rapidiſſimūq; ē:qd' pn̄tē mortem ſubitariamq; affert:ſine ulla lentitudine.auctor eſt Trāquillus neronem coegiſſe locuſtam uenenariam coquere uenenum q̄ poſſet celociſſimum ac præſentaneum. Atilius regulus in ſenatu Romæ dixit auctore Au.Gellio uenenum ſibi carthaginenſes dediſſe non præſentaneum.ſed eiuſmodi quod mortem in diem proferret.Plinius remedia præſentanea & præſentiſſima frequenter appellat quæ ſine cunctatione auxiliantur:Quintilianus artem dicendi cōſtare ait inter cætera cōſilio præſentiſſimo. VIno dilutū:Vino tēperatū diſſolutumq;.M.Tullius in cluētiana docet probabilius eſſe uenenum in potione datum q̄ in pane: celeriuſq; epotum q̄ comeſum in uenas atq; in omnes partes corporis permanare.præterea facilius fallere poteſt in poculo uenenum cum ita confuſum ſit. ut ſecerni nullo modo poſſit cicuta uino diluta atq; in uino pota irremediabilis exiſtimatur. NOxii homines: Nouerca & dotalis ſeruus. FORte fortuna: Archaiſmos eſt.nam antiqui iunctim dicebant fors fortuna.& forte fortūa ꝓ caſu.& ſubita fortūa.grāmatici ita diſtingūt.ut fors ſit caſus tpalis.Fortuna uero ipſa dea. Terentius fors fortuna inquit nobis ideſt ut exponit Donatus ſubita fortuna. qui id quoq; autumat quod fors fortuna in bono ponitur. ILle Iunior. Quem ſcilicet genuerat infanda hæc mulier ex patre adoleſcentis: quem ad ſtuprum ſollicitauerat: quem ſupra dixit duodecimum ætatis annum peregiſſe. PENdio.Dictio non ſolum mendoſa uerunetiam caſſa.& futilis nihilq; ſignificans: quæ obelo confodienda eſt. Vt in eius locum ſubſtituatur prandio. ut ita legas prandio iam capto. ſignificat enim puerum redeuntem a paleſtra litteraria ſumpſiſſe prandiculum.hoc eſt ientaculum.ex quo cum ſitiret.repente exhauſit poculum illud mortiferum credens id uinum eſſe cum uenenum uino dilutum internoſci non poſſet. FRAtri.Priuignum intellige:qui ex patre tantum.non ex matre frater erat pueri qui hauſerat uenenum. EXAnimis. Moribundus & ſimilis extincto:nam re uera ut paulo mox liquebit non fuerat hæc potio peſtifera ſed ſoporifera. PEDAgogus:Titulo de iniuriis pedagogi nomine comitis continentur comitem uero accipere debemus eū qui comitetur & ſequatur. ferulæ ſceptra ſunt pedagogorum.qui interdum imperioſi atq; ſeuientes ſtultitiam ſuam perdocent.qui alumnos fœdis ſæpe uitiis imbuūt: quorum ſordes ſunt ineluibiles. Sicut leonides Alexandri pedagogus.eum quibuſdam uitiis infecit: q̄ robuſtū quoq;.& iā maximū regem ab illa inſtitutione puerili ſunt perſecuta. Ideoque ſalubriter præcipit Quintilianus ut pedagogi ſint morati ſintque eruditi aut ſe non eſſe eruditos ſciant. latini magiſtrum appellant:quem græci pedagogum. CIET. Commouet inclamat. INSIMVlabant: Accuſabant: inſimulatio eſt & falſi & ueri criminis incuſatio: inſimulo ut docet Donatus genitiuo iungitur ſicut hoc in loco: Plautus tamen dixit. ſic me inſimulare falſum facinus tam malum.

Emancipatus.
Dotalis ſeruus.
Receptitius ſeru⁹
Præſentarium uenenum.
Præſentiſſima remedia.
Cicuta ī uino irremediabilis.
Forte fortuna.
Pedagogus.
Inſimulatio.

maliciæ nouercalis exẽplar unicũ: nõ acerba filii morte: nõ parricidii cõſcientia: non infortunio domus: nõ luctu mariti: uel erumna funeris cõmota: cladẽ familiæ uĩdictæ compẽdiũ traxit; miſſoq; protinus curſore; qui uiãti marito domus expugnationẽ nunciaret: ac mox eodẽ otius ab itinere regreſſo; ꝑſonata nimia temeritate: inſimulat priuigni ueneno filiũ ſuum ĩteremptũ. & hic quidẽ nõ adeo mentiebatur; ꝙ iã deſtinatam iuueni mortẽ ꝓueniſſet puer. ſed fratrẽ iuniorem fingebat ĩdeo priuigni ſcelere peremptum: qđ eius probroſe libidini; qua ſe cõprimere tẽptauerat; noluiſſet ſuccumbere. nec tamen imanibus cõtenta mẽdaciis ad debat ſibi quoq; ob detectum flagitium; eũdem illum gladio comminari. Tunc inſœlix duplici filiorũ morte percuſſus. magnis erũnarum procellis æſtuat. Nam & iuniorem in coram ſui funerari uidebat: & alterum

MALItiæ nouercalis. Vno uerbo abſoluit. complexuſq; eſt: qĩa quot quot ſunt flagitia. ꝙ in oĩs nouercas cadũt. & enĩ ꝙ exẽplar malitiæ nouercalis merito dicitur ea eſt oĩum nouercaliũ ſcelerũ officina. omniũ fraudiũ ſeminariũ: omniũ uerſuciarũ coagulũ ĩprobitatis ſcena flagitioꝝ miniſteriũ: ut reliquis nouercis eſſe poſſit exẽplar & archetypon. qđ ſequãtur Armatæ in priuignos inſtructæ ad perniciẽ miſeroꝝ. NON parricidii cõſciẽtia. Minime cõmota eſt dira fœmĩa cũ uideret filiũ: ſuo ſcelere proſtratũ. cuius necis ipſa erat cõſcia. qđ parricidiũ uocat: & enĩ noĩe parricidæ ſignificatur nõ ſolũ qui patrẽ matrẽq; iterſicit. ſed & q filiũ. filiamue alios quoq; neceſſarios occiderit. qđ & docet Martiãus iuriſconſultus: qui titulo ad legẽ Põpeiã de parricidiis ſcribit lege de parricidiis teneri ſi quis patrẽ matrẽ auũ fratrẽ ſororẽ patruelẽ matruelem patruũ auũculum. ſi mater quoq; filium filiãue occiderit. ſed & auus tenetur. q nepotẽ peremerit: & qui emit uenenũ ut patri daret quãuis non potuerit dare. ꝑterea apđ antiquos parricida dicebaꝰ. qui qualenſcunq; hoĩem occidiſſet. qđ lex Numæ Põpilii indicat his cõpoſita uerbis. Si quis hoĩem liberũ: morti ſciẽs duit parricida eſto: Plautus elegãti uocabulo parenticidã dicit parẽtis interfectorẽ. obiter annotãdũ dici homicidã interdum cũ laude pro uiro. ſ. forti qui multos in bello occiderit. ſicut Oratius dixit homicidam hectorẽ laudabiliter. & longe aliter ꝙ uulgo dicatur. VINdictæ cõpẽdiũ: Viam ad uindictã priuigni cõpendiariã & breuẽ traxit ex filii morte: tanꝙ poſſet perſuadere marito. & omnibus filium periſſe priuigni ueneno. & fraude: quo perſuaſo. quod erat ſatis probabile priuignus tanꝙ fratricida ſine cunctatione plecteretur. MISSO curſore. Inter mancipia ſunt & curſores. quod ex lectione iuriſconſultorum ſat cognitum eſt. ſcribit enim Paulus uolumine delegatis tertio. ꝙ ſi alii uernæ alii curſores legati ſint. ſi quidam curſores. & uernæ ſint curſoribus cedent: ſemper enim ſpecies generi derogat. Antiquitas celebrat curſores. quos hemerodromos uocant qui die uno ingens ſpacium curſu emetiebantur. Inter quos clariſſimus fuit philonides Alexandri magni curſor. ex Liuio. Plinio. probo emylio cæteris. VIANTI. Iter facienti. & in uillam itanti uiantes ſcriptoribus uſurpãtur pro uiatoribus peregrinatoribuſq;. EXPVgnationem domus. Mortem filii: quẽ ueluti per uim fraternã expugnatũ peremptũq; credi uolebat. OCIVS: Statim. PERſonata. Ficta compoſita ſimulata inſtar hiſtrionũ. qui inducta perſona ſimulant & imitantur quẽcunq; uelint. unde & perſonati dicti: Oratius. Quo perſonatus pacto pater: a Seneca fœlicitas perſonata nominatur. Atellani proprie inter hiſtriones uocantur perſonati: quia ius eſt his nõ cogi in ſcena ponere ꝑſonã: qđ cæteris hiſtrionibus pati erat neceſſe. ET hic. In hoc in hac re. Apuleiana eloquutio. NON mentiebaꝰ. Duobus modis dicitur filius perẽptus ueneno priuigni: uno q manifeſtus eſt cũ priuignus uenenũ dedit: altero q minus aptus eſt cũ ille ebibit uenenũ. qđ erat paratũ ĩ priuigni ꝑniciẽ: & ita perit eo ueneno quo alter interimi debuerit. ex hoc ĩtellectu dixit Apuleius. nõ mentitã eẽ dirã nouercã ꝙ dixerit marito filium perẽptũ eẽ ueneno priuigni. &. n. re uera perierat illo ueneno: qđ priuigno fuerat deſtinatũ: quo priuignus perire debuerat. PRObroſæ libidini. Scelus inauditũ finxerat ſceleſtiſſima nouerca uidelicet ꝙ priuignus ſe ipſam libidine infanda inceſtare uoluiſſet: ꝙ haud dubie probroſiſſima eſt. Conſimile qddã fecit phedra. ꝙ inſimulauit hippolytũ apud Theſeũ. ꝙ ſe cõprimere tentaſſet quidã ita exponũt. ut ĩtelligãt inſimulatũ eẽ priuignũ fratricidii ex eo ꝙ fratrẽ ĩceſtare libidine maſcula tẽtauerit: atq; ꝑpoſtera. & qđ ille recuſauerit. eſt. n. amphibolon. illud ſe utrũ ad nouercã an ad fratrẽ referatur.

COMprimere: Verbũ eſt obſcenæ ſignificatiõis. hic iocus ille Plautinus mordax & cũ felle. ſic. n. inquit Mercurius ego tibi hãc cõprimã linguã. Reſpõdet ſoſia alludens ad turpẽ ſignificatũ: haud poteſ bene pudiceq; aſſeruatur. IMMAnibus. Enormibus ĩmodicis incredibilibus. ERVMnarum procellis. conſimile eſt illud Virgilianũ. & magno curarũ fluctuat æſtu. ex tranſlatione marinæ tempeſtatis procella erũnarũ fortunæ & id genus aliarum rerũ. elegãtiſſime deducitur. Quintilianus auctor eſt tranſlationẽ hãc uſurpari ad orationis ornatũ: quo dicimus cõtionũ procellas. & eloquẽtiæ fulmina.

IN coram ſui. Sæpe apud hunc ſcriptorem annotatũ eſt id genus eloquutionis in coram ad inſtar:

Parricida

Parenticida.

Homicida hector

curſores inter ſeruos.

Hemerodromi.

Viantes.

Perſonata fœlicitas.

Comprimere.

Procellæ erũnarũ

In corã.

Ad inſtar

quod

qđ nos corā & inſtar ſimpliciter dicimus.Eſt autē archaiſmos in corā ſui pro corā ſe ipſo incōſpectuq; paterno/maior autē haud dubie dolor eſt ex re luctuoſa quā uidemus q̄ ſi tantū audiamus/oculorum enim ſenſus eſt acerrimus. OB inceſtū parricidiūq;.Duplex noxa.& utraq; criminoſiſſima utraq; capitalis inceſtū refert̄ ad probroſā libidinē:cuius noxæ inſimulatus erat a nouerca priuignus: quod ſe uel fratrē inceſtare uoluiſſet.Parricidiū uero quod ueneno interemiſſet.ſic.n.finxerat peſſima nouerca:cuius commenta maritus uera eſſe credebat cū uxoris lamentationibus ficticiis perſuaderet̄. AD

ob inceſtum parricidiūq; capitis ſcilicet damnatum iri certo ſciebat. Adhuc uxoris dilectæ nimiū mentitis lamentationibus: ad extremū ſobolis īpellebatur odiū. Vixdum pompæ funebres ex ſepultura filii fuerant explicatæ: & ſtatim ab ipſo eius rogo: ſenex infœlix ora ſua recētibus adhuc rigans lachrymis: trahenſq; cinere ſordentem caniciem: foro ſe feſtinus īmittit. Atq; ibi tum fletu: tum p̄cibus: genua etiam decurionū contingens: neſcius fraudium peſſimæ mulieris: in exitiū reliqui filii plenis operabatur affectibus: illū inceſtum paterno thalamo: illū parricidā fraterno exicio: & incomminata nouercæ cede ſicarium. Tanta deniq; miſeratione: tantaq; īdignatione curiam: ſed & plebem merens inflāmmauerat: ut remoto iudicādi tedio: & accuſationis māifeſtis probationibus & reſpōſionibus meditatis ambagibus cūcti cōclamarīt lapidibus obrutū publicū malum publice uindicari. Magiſtratus interī metu periculi proprii: ne de prauis indignationis elementis ad exicium diſciplinæ ciuitatiſq; ſeditio procederet: partī decuriones deprecari: partim populariter cōpeſcere: ut rite & more maiorum iuditio reddito: & utrīq; ſecus allegatiōibus examinatis: ciuiliter ſentētia promeretur. nec ad iſtar barbaricæ feritatis: uel tyrānicæ īpotentiæ dānaretur aliquis īauditus: & in pace placida: tam dirum ſæculo proderetur exemplum. Placuit ſalubre conſiliū: & illico iuſſus præco pronūtiat patres īcuriā conuenirēt: q̄bus protin⁹ dignitatis iure

extremū ſobolis odio.i. īpellebat̄ odiſſe filiū odio parricidali: qui iure naturæ ſolet & debet parētibus eē cariſſimus. SEnex infœlix: Pater defuncti maritus doloſiſſimæ nouercæ. CAniciē.In luctu puluere & cinere comā fedabant. ut ſuperius dictū eſt.De latino attōito & mœſto cecinit poeta caniciē īmundo perfuſā puluere turpās.

In luctu coma cinerulēta.

GEnua decurionū.Mō decurionū noīe ſenatores intellige. alias præpoſiti equitū ſignificant̄. ſicut ſuo loco ſupra iā diximus ubi etiā annotauimus.genua dedicata eē miſericordiæ.& a ſupplicibus attīgi ſolita. INceſtū paterno thalamo.Ex hoc liquido intelligimus nouercā inſimulaſſe priuignū. q̄ ſe ipſam inceſtare tētaſſet/inceſtū dicimus ipſum crimē. & īceſtum dicimus hominē: quē eccleſiaſtici ſcriptores inceſtuoſum appellāt.

Inceſtus.

IN cōminata cede.Propter illud quod paulo ante ſic inquit addebat ſibi quoq; ob detectum flagitium: eundē illū gladio cōminari.

SICcariū.Per abuſionē.ut docet Quintilianus ſiccarios oēs uocamus: qui cedē telo quocūq; cōmiſerint. CVriā.Senatū illius ciuitatis.cuius decuriōes ſupplex orauerat.apud græcos apocleti dicūt̄ ſenatores ſanctiuſq; cōſiliū: qđ ex delictis conſtat uiris. apocletorū frequens mentio apud Liuiū.Meminit & ſuidas in etymologico.

Siccari⁹

Apocleti qui.

MErens.Lugens & meſtitudine confectus. REſponſionibus.Purior lectio & magis quadrans eſt ſi legas reſponſionis.hæc.n.opponunt̄.accuſatōis & reſponſionis.Solent autem rei meditatis ambagibus reſpōſionis diluere atq; refellere crimē obiectū.& probatōes accuſatoris cōfutare. inflāmati ſenili præce homines conclamāt: ut remota iudicii legitimi formula quod lentū eē ſolet ſtatī lapidibus reus obrueret̄ nō expectato ut cauſa ageretur.& ita indicta cauſa.inauditus indēnatuſq; necaretur: q̄ minime fieri fas eſt: cum in bene morata ciuitate nemo niſi iudicium ſententia dānatus ſit ſupplicio affici debeat. NE de paruis elementis: Ideſt primordiis: ſæpe ex parua ſcintilla grīſcit incendi. DIſciplinæ.Scilicet legalis & politicæ: ex cuius præſcripto iudicium conſtitui debet: & reus audiri/mox reexaminata ſolerter ſententia promenda eſt uel dānatoria uel abſolutoria. COMpeſcere.Compeſcebāt: ſuffrenabantq;. VTRINque ſecus: ex parte accuſatoris: & rei.nec enim alio modo ciuiliter iudicari poteſt: niſi allegationes utriuſque partis audiantur: & auditæ perpendantur. DAMNAREtur īnauditus: Ex præſcripto legis nemo inauditus & indicta cauſa damnari debet: quod ſi aliquando fiat ſcito id fieri ex tyrannica impotentia hoc eſt immoderata uiolenta illegitima potentia uel ex feritate barbarorum: quibus neq; mos: neq; lex eſt: qui in humana crudelitate præditi graſſantur: qui obliti ſe hoīes eē oēm exuunt humanitatē.apud Liuiū.T.Quintius clamitat.reū capitis īdēnatū.īdicta cā nō debere uiolari.igit̄ petebat̄: ne malū ī poſteros uſurparet̄ exēplū: ne hō inauditus indicta cauſa repentino tumultu dānaret̄. PROnunciat patres in curiā.Ex more Romano: quo ſenatores in curiā

uocabantur conſultaturi ſuper rebus arduis.Liuius in tertio citari patrês in curiam iubent.uiatores dicti miniſtratores magiſtratuum:ex eo ꝗ plerūq; ex agris ſenatores in curiam accerſebant. CONſueta loca reſidentibus:Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet:ut lege municipali præcipitur:ceſſante lege tunc dignitates erunt ſpectandæ:ut eo ordine quo quiſq; eorum maximo honore in municipio functus eſt:ut puta ſi duum uiratum geſſerunt.ſi hic honore præcellat & intra duum uirales antiqſſimꝰ qſq; prior.Deīde q corā ſcdo poſt duū uiratū honoī ī re.pu.fūcti ſūt mox q nullo honoī functi ſūt:ꝓut quiſq; eorum in ordinem uenit auctor Vlpianus.nūc in urbe nr̄a lex ſenatorii loci iſta ſeruatur.ut prout quiſq; prior in ordinem ſenatoriū uenit ita priorem in ſedēdo locum teneat:qui ſecundus ſecundum.& ſic deinceps.unum excipio.Io.Bentiuolum:qui ſenatus columē eſt.quē principem ſenatus noſtratis perpetuum meritiſſimo diceī poſſumus:quem cuncti ſequuntur.ut ducem ad cuius uitam tanquam ſcopon & normam omnes dirigimur.omnes conuertimur:qui flexibiles quācūq; in partem ducimur a principe atq; ut ita dicā ſequaces ſumus.cuius auſpiciis florentes ac beati ī ocio tranquillo honoratoq; fortunate degimus:proinde cum nuncupamus uota:cum obſecramus Deum ita nuncupare debemus ita obſecraī:ut uni Io.Bentiuolo cuncta proſpere cedant:in quo & reſ.pu.& nos omnes ſumus.a cuius ſalute uelut a filio.pendet ſalus totius ciuitatis.itaq; illo florente & incolumi floreamus:& incolumes ſimus nos quoq; neceſſe eſt.illo gubernāte male uehi non poſſumus:nullæ procellæ nulli turbines ſunt pertimeſcendi:in tuto:in portu:in uado ſalutis bononienſium ſiſtitur cymba.ergo igitur deum optimum maximum præcor:ut Bentiuolam familiam:qua nihil maius meliuſue nobis fata donauere boniq; diui:ut cum illuſtriſſimis parentibus generoſiſſimos filios ſinat diutiſſime florere.& in fœlicitatis arce cōſiſtere:ut nos quoq; ſub illis floreamus.& in utrāq; autem ocioſe dormiamus.

Decuriones in albo ſcripti

Ordo ſenatus bononienſis.

Laus Io. Bentiuoli.

cōſueta loca reſidētibꝰ:rurſū ꝑcōis uocatu primꝰ accuſator īcedit.Tūc demū clamatꝰ ītroducitꝰ ēt reꝰ:& exemplo legis atticæ:martiiq; iudicii:cauſe patrōis denūciat ꝑco:neq; prīcipia diceī:neq; miſerationē cōmouere.Hæc ad iſtum modum geſta:compluribus mutuo ſermocinātibus cognoui.Quibus autē uerbis accuſator

EXemplo martii iudicii:Quidam exponunt martium iudicium pro Romano.propterea ꝗ romani a marte oriundi quē patrem romuli fuiſſe perhibent urbis romæ conditorem:ſed id parum congruit.ego martii iudicii nomine intelligo Areopagitas:qui iudices ſenatoreſq; athenienſium fuerunt:quo conſilio ut inquit Marcus Tullius leges athenienſium & maiorum inſtituta ſeruantur.Solon primus conſtituit Areopagitas.hoc eſt ſenatum conſiliumq; atticorum.Quidam autumant ante ſolonem fuiſſe ſenatum areopagitarum athenis conſtitutum.Sed.M.Tullius plutarchus.diuus Auguſtinus id Soloni attribuunt:areopagitæ ſilentes iudicabant.ut docet Macrobius in ſeptimo ſaturnalium.hinc illud ſatyrici poetæ.commiſſum ue teges ut curia martis athenis.areopagus interpretatur curia ſiue pagus martis.cauſa nominis ex iudicio eſt quo Mars qui græce ares dicitur cum homicidii reus fieret.iudicantibus duodecim Diis in eo pago:ut refert auguſtinus in.xyiii.ſex ſententiis abſolutus eſt *ubi eni* pares ſunt ſententiæ abſolutio damnationi præponitur:auctor eſt Plinius in.yii.iudicium capitis in areopago primum actum eſſe olim Dolobella pro conſul aſiæ cauſam ueneficii:ancipitem & ſcrupuloſam ad areopagitas:ut ad iudices grauiores exercitatioreſq; reiecit.ſicut Valerius maximus Gelliuſq; notificant.iulius pollux tradit in areopago:iudicia cædis & ueneficiorum exerceri ſolita.Significat igitur exemplo atticorum iudiciiq; areopagicorum.hanc ueneficii cauſam acitatam eſſe.ut neq; prohemiaretur orator:neq; moueret affectus hoc autem apud athenienſes fieri ſolitum teſtis ē Quitilianus:qui in ſecundo ſcribit lacedæmoniorum ciuitate expulſam eloquentiam & atthenis quoq; ubi auctor mouere affectus utebatur.uelut reciſam orandi poteſtatem.idem in ſexto ſic iquit.id ſenſiſſe atticos credo quia athenis affectus mouere etiam per præconem prohibeatur otator. NEq; prīcipia dicere.Quod græci prohemium nominant id latine principium uel exordium dicitur quod auctore Quintiliano ſuperuacuum aliquando eſt:ſi ſit præparatus ſatis etiam ſine hoc iudex.aut ſi res ꝑparatione non indiget.ariſtoteles quidem in totum id neceſſarium apud bonos iudices negat:aliq̄do uti nec ſi uelimus eo licet:cum iudex occupatus:cum anguſta ſunt tempora.hermagoras quoq; in eudoxo:hoc eſt honeſto genere materiæ repudiat exordium.negatq; eē præfandū:fortunatiāus uero diſſentiens autumat orationē oīno curtam & ſine capite eē:quæ ſine principio ab ipſis rebus orditur.idem ab exordio prīcipium ita diſtīguit:ut exordiū ſit generalius prīcipium ſpecialius. NEque miſerationem cōmouere.Secus ī iudiciis romanorum.apud quos præcipua uirtus oratoris mouere affectus.& ut inquit.M.Tullius ī oratione is erit eloquens.qui in cauſis ita dicit.ut probet ut delectet:ut flectat probare neceſſitatis eſt:delectare ſuauitatis flectere uictoriæ:Nam id unū ex omnibus ad obtinendas cauſas poteſt plurimum.in cōmiſerationibus fuit.M.Tullius excellentiſſimus adeo ut perorationem oēs illi relinquerent miſeratione enim mens iudicium maxime permouenda eſt.qua ita dolēter uſus ē aliqñ.M.Cicero:ut puerū īfantē in manibus perorans tenuerit:ut alia ī cā excitato

Areopagitæ ſilentes iudicant.

Locus iuuenalis

Pares ſententiæ

Proemium.

Exordiū.

Eudoxō.

Curta oratio.

Mouere affectus.

In peroratione regnator M.Tulli.

reo:ſublato etiam filio paruulo plangore & lamentatione forum compleuerit:duo ſunt genera affectuum ethicon & patheticon:alterum come & iucundum.alterum uehemens & incitatum.pathetico perturbantur animi:& concitantur:& in hoc uno regnat oratio quo cauſæ eripiuntur:extorquenturq; ex manibus aduerſariorum:hoc maxime commiſerationes commouentur:idq; præcipue ĩ peroratiõibus:quas in hac cauſa uetitus eſt orator commouere exemplo rituq; atticorum. VExauerit.Lego inuexerit pro inuectus ſit quidam corrigunt uexauerit. DIluerit reus. Proprium reorum ẽ diluere hoc eſt infirmare diſſoluere refutare obiectas criminatões. M. Tullius pro roſcio amerino. ergo inquit crimen oportet diluã ſcribit Gellius ciceronem : crimẽ quod inficiari non poterat fateto dicto diluiſſe. ALtercationeſque Quintiliãus præcepta altercationis forenſis tradit:quæ in quibuſdam cauſis ad uictoriam uel plurimum ualet:opus eſt bono altercatori:imprimis ingenio ueloci: ac mobili:animo præſenti & acri non enim cogitandum ſed dicẽdum ſtatim eſt.Valet ĩ altercatõe plurimum acumẽ : quod ſine dubio ex arte non uenit:ꝑcipit Quintilianus.ne clamoſus: ne iracundus.ne turbid⁹ ſit altercator. Marcus Tullius in epiſtolis . ad atticũ gloriatur:ſe in altercatione ſentẽtia.P.Clodium infregiſſe exagitaſſeq; mordaciter & ſalſe. SVſpicationibus : Suſpicionibus quas in cauſa coniecturali narratio accuſatoris interiectas & diſperſas habeᷓ debet: ut nihil actum nihil dictum ſine cauſa putetur:defenſoris uero narratio ſimplicem & dilucidam expoſitiõem debet habere cum attenuatione ſuſpitõis.

Ethicon. Patheticon. — Diluere crimen. — Acumen in altercatione.

uexauerit:quibus rebus diluerit reus.Ac prorſus orationes:altercatõeſq;: neq; abſens ipẽ apud ꝑſepiũ ſcire: neq; ad uos quæ ignoraui:poſſum enunciare:ſed quæ plane comperi:ad iſtas litteras proferam.Simul enim finita eſt dicentium contentio: ueritatem criminum fidemq; probationibus certis inſtrui:nec ſuſpicationibus tantam coniecturam permitti placuit: atq; illum prõptiſſimum ſeruum qui ſolus hæc ita geſta eſſe: ſcirẽ diceretur :ſiſti modis omnibus oportere. nec tantillũ cruciarius ille:uel fortuna tam magni iudicii:uel conſertæ cõſpectu curiæ:uel certe noxia conſcientia ſua deterritus q̃ ipſe finxerat:quaſi uera adſeuerare: atq; adſerere ĩcipit:q̃d ſe uocaſſet ĩdignatus faſtidio nouercæ iuuenis:q̃d ulciſcẽs iniuriã filii eius mãdauerat necẽ: ꝙ promiſiſſet grãde ſilẽtii ꝑmiũ:ꝙ recuſanti: mortem ſit cominatus: quod uenenũ ſua manu temperatum: dandum fratri reddiderit:quod ad criminis probationem reſeruatum poculum neglexiſſe ſuſpicatus: ſua poſtremum manu porrexerit puero . Hæc eximia enĩ ad ueritatis imaginẽ Verberone illo ſimulata trepidatione perferente:finitum eſt iudicium: nec quiſquam decurionũ tã equius remanſerat iuuẽi: q̃n eũ euidẽter

CONiecturam.Sunt auctores Anonymi hoc eſt ſine nomine atq; ignobiles:quibus placuit unum omnino ſtatum eſſe coniecturalem:qui rationem hanc ſecuti uidentur.ꝙ res omnis ſignis colligeretur.coniectura dicta eſt ut docet Quintilianus a coniectu id eſt directione quadam rationis ad ueritatem:unde ſomniorum interpretes coniectores uocantur. SIſti.Præſentem exhiberi. TANtillum. Minimum. CRVciarius.Dignus cruciatu.ut carcerarius dignus carcere quiq; habetur in publica cuſtodia.eundem mox uerberonem nominitat:qui græce dicitur maſtigia:ſunt enim hæc nomina ſeruis nequiſſimis conuenientiſſima.& in comœdiis frequentiſſima quidam interpretantur cruciariũ pro auctore cruciatus & carnifice.ut uenenarium pro uenefico Crucium uinum dixit Lucilius ĩ ſuaue ab eo ꝙ cruciat. CONſcientia.Carnifex animi interior & tortor occultior eſt conſcientia : cuius indicina multi ſubinde produntur:qua non pauci deterriti iudicia refugerunt:ultroneumq; ſibi exilium indixerunt:hic uero nequiſſimus uerbero ex audacia & inuerecundia compactus.præduri oris attrita fronte:obſtinato uultu.confidens impauidus uenit in iudicium:ſeq; inſontem audacter affirmat:quem neq; iudicium tam magnum neq; conſpectus ſenatorum nec propria conſcientia deterrebat. FAſtidio nouercæ.Tanquam ſcilicet priuignum faſtidienter nouerca repudiaſſet:& ob id faſtiditus paſſuſq; repulſam paraſſet uenenum:& hæc omnia ſunt:σημεια idest ſigna & probationes credibiles quidem:ſed leuiores & non neceſſariæ.ex præcepto Quintiliani infirmiora argumẽta ſũt congreganda:& illorum aceruatione pugnandum:cum potentiſſimis ſingulis inſtandum ſit. REcuſanti.Ipſi ſeruo. SIlentii præmium.Multi ſilentium uendunt:multis taciturnitas lucroſa eſt.olim demades orator gloriatus eſt ſe decem talenta a rege accepiſſe ut taceret. SVA manu. Ad priuignũ refertur non ad ſeruum:ut ſit ſenſus ipſum iuuenem ſuamet manu poculum ueneni puero porrexiſſe:cum ſeruus id retexiſſet:in quo tota purgatio ſeruilis continetur. AD ueritatis imaginem.Ex præceptione doctoꝝ rhetoricoꝝ qui præcipiunt:ut narratio ſit uериſimilis.lucida breuis ꝑ ueriſimili ꝓbabilẽ credibilẽ ue appellat Quintilianus. TAM equius.Lege tam equus:idest tam beniuolus.

Anonymos. ignobilis — Coniecturam. — Cruciarius. — Crucium uinum.

noxæ cōpertum:inſui culleo pronūciaret. Cū iam ſen tētiæ pares cūctorum ſtilis ad unū ſermonem cōgruē tibus:ex more ꝑpetuo:ĩ urnā æreā deberēt cōiici: quo ſemel cūditis calculis iam cū rei fortuna tranſacto:ni hil poſtea cōmutari licebat:ſed mācipabatur poteſtas capitis ĩ manum carnificis: unus e curia ſenior ꝓ cæte ris cōptæ fidei:atq; auctoritatis ꝑcipuæ medicus: orifi ciū urnæ manu cōtegēs:neqs mitteret calculū temere: hoc ad ordinē ꝑtulit. Quod ætatis ſū uobis approba tus me dixiſſe gaudeo:nec patiar falſis criminib⁹: peti toreo: māifeſtū homicidiū ꝑpetrari: nec uos: q iureiu rādo aſtricti iudicatis: ĩductos ſeruuli mēdatio peiera re ipſe non poſſū: calcata numinū religiōe: conſcientiā meam fallens: perperam pronunciare. Ergo ut res eſt:

NOxæ compertum:In noxa culpaq; manifeſta:& crimine deprenſum/uetus & figurata locutio. de noxa quæ ſignificat culpam:& noxia in notis Serui affatim. INſui culeo.

Parricidæ culeus.

Pœna parricidæ more maiorum hæc inſtituta eſt:ut parricida uirgis ſanguineis.uerberatus in culeo inſuatur.cum cane & gallo gallinaceo & uipera & ſimia:Deinde in mare aut in flumen culeus deiicitur inquit. hinc iuuenalis taxans Neronem ueluti multiplici parricidiorum pœna digniſſimum decenter inquit. cuius ſupplicio:non debuit una parari ſimia:nec ſerpēs unus:nec culeus unus:eſt autem culeus ut docet fulgentius: ſaccus cuius nomen notiſſimum in pœna parricidarū. Præterea culeus eſt menſura uiginti amphorarum capax Plinio.& ut priſciani uerſu utar/culeus/hac nulla eſt maior menſura liquoris

Seſquiculeare.

Seſquiculleare dolium columellæ eſt triginta amphorarum/quaſi culeum unum:& dimidiatum. Cōtinēs:id.n.pollet ualetq;:in cōpoſitis hæc particula:ut ſeſquipes ſeſquidigitus ſeſquihora:ſeſqmodiū:& alia ꝑpe ĩfinita: obiter retūdēda eſt ĩſcitia cōpluſculoꝝ/q male litterati in cōmētariis nugatoris iactitāt ſolliculū lupinū libro primo rhetoricoꝝ ad hereniū poni ꝓ culeo parricidæ.id āt falſum eē euidēter intelligit.quiuis ſerius lector & attētus q uolumē ſcdm.M. Tullii de inuētiōe.ex quo trāſpoſita ſunt illa/nō incurioſe ꝑſpexerit:cuius uerba ſubſcripſi.Os obuolutū eſt folliculo & ꝑligatū:deinde in carcerē deductus:ut ibi eēt tātiſp/dū culeus cōpararet̃. Nōne hiſce uerbis liqdo oſtēdit̃ folliculū a culeo ſeiūgi atq; diſparari:ꝑterea qs nō uidet.folliculo ſolū os parricidæ obuolutū eē quaſi quodā tegumēto ex lupina pelle cōfecto/ut ita uelato capite cōtectus in carcerē

Perpēſus Locus ex rhetoricis.

deduceret̃:moxq; culeo cōparato ĩſueret̃.ita ſenſus rhetoricus utrobiq; ꝑpenſus eluceſcit/qui ex illoꝝ interꝑtatōe adulteratus obſcurat̃. PROnunciaret:Verbū iudiciale eſt:nā iudices ꝓprie ꝓnunciare dicunt̃:qñ ſnīam dicunt:uel dānatoriā uel abſolutoriā. SENtētiæ pares:Cōſimiles oēs & damnatoriæ alio mō ſnīæ pares dicunt̃ qñ totidē ſunt abſolutoriæ:quot dānatoriæ:& tunc mitior ſnīa uincit: ut

Paribus ſentētiis abſolutio.

ſcilicet reus abſoluat̃:paribus.n.tabellis abſolutio dicernit̃.auctores Seneca:Quintilianus:Auguſtinus:extat & ꝓblema nobile ariſtotelis ſuper hac re:cuius hoc pricipiū eſt:cur ſi ſnīæ pares accuſatori & reo fuere:reū uincere ſancitū eſt. CVNctoꝝ ſtilis cōgruētibus:moris fuit apud ueteres romãos.ut iudices cognita cā.in ciſtā ſiue urnā tabellas cōiicerēt eaſq; ſtilis in ſcriberēt. litteras habētes abſolutiōis

Nota cōdennandi. C. Nota abſoluendi A. N. & L.

ſiue cōdēnatōis.nota cōdēnandi erat.C.ſicut abſoluēdi.A.qñ uero iudici.ꝑplexa & obſcura cā uidebatur ſtillo ſcribebat in tabella duas litteras.N.L.qđ ſignificat nō liquet:unde ampliatio cōperēdiatioq; naſcebat̃:Cæſar Auguſ.nō tātū duas tabellas dānatoriā & abſolutoriā cognoſcētibus iudicibus dedit ſed tertiā quoq; ignotoriā:qua.ſ.ignoſceret̃.igit̃ ſtilli cūctoꝝ decurionū cōgruētes fuerūt in ſnīam.ſ.dānatoriā cōſcribēdā fuitq; littera.C.q̃ nota eſt cōdēnādi ĩſcripta ſtilo ĩ oībus calculis:ſtilo.n.ferreo ſcribimus ĩ tabulis ceratis.ĩ calculis cæteriſq; durioris materiæ:ſicut calamus ſcribit ĩ cartha:& mēbranis qđ & Hieronymus refert:enarrās illud in pſalmis:lingua mea ſtilus ſcribæ uelocis.cū ſtilo ſcribere intutū eſt ut uetuſtiſſimi auctores ꝓdiderūt. CONditis calculis:Oſtracos ĩtelligit:ſic.n.græci appellāt:quos

Oſtraciſmus.

latini calculos & teſtulas:unde oſtraciſmus dictus exilii genus:quo apud athenienſes mulctabāt̃ potē tiores.ſic ariſtides ſic themitſtocles.ſic pleriq; ſūmates:dānari ſunt:ſup qua re extat annotamētū in libro annotationū noſtraꝝ.Ouidius libro nouiſſimo metamorphoſeon:docet morē fuiſſe italicorum populorum calculis candidis in urnam coniectis reum abſoluere:nigris damnare : ſic enim refert. Mos erat antiquis niueis atriſq; lapilis his damnare reos illis abſoluere culpa : Tunc quoq; ſic lata eſt

Ponere calculum

ſententia triſtis:& omnis calculus immitem dimittitur ater in urnam:ponere calculum eſt ſubducere ratiunculam/unde calculator dictus ratiocinator. MANcipabatur:Obligabatur tradebaturq; quaſi in mancipatum manumq; carnificis. MAnu contegens:Senior medicus:qui unus erat decurionum:manū iniecerat officio urnæ:ut ita cohiberet decuriones/ne temere immiſſis in urnam calculis damnatoriis iuuenem inſontem morti traderent. nam ut inquit ſcite caſſiodorus/cunctator eſſe debet/qui iudicat de ſalute. AD ordinem: Decurionum ſiue ſenatorum. DIXIſſe gaudeo . Legendum eſt uixiſſe : ut terſior ſit puriorque intellectus : Sic enim inquit ſenior decurio . gaudeo me diu uixiſſe. eum ex ætate longiore mores meos probaueritis: ſimq; apud uos boni nominis & eſtimationis:& nūc poſſim auxilio eē iuueni inſonti periclitanti. IVreiurando aſtricti.Iurabāt iudices in leges.

ut obſtricti religione iudicarent:mox cum iuraſſent omnes præter ipſum prætorem nomina eorum perſcribebantur:ne pro ſelectis iudicibus ut fit in multitudine aliqui ſuppoſiti corruptiſſimi iudicarēt auctor Pedianus aſconius. DE me:Ex me. FVRcifer:Narratio breuis.lucida.probabilis ex præceptione rhetoricæ doctrinæ. PEierare:Falſum deierare:& periurio aſtringi dicitur & periurare priſcis ſcriptoribus:contra placita grammaticorum. PERperam pronunciare:Non recte iudicare : & iniq̄ ferre ſniam. NON olim.Non pridem:non diu:modo/dudum hæc enim particula olim ut grammatici annotauerunt interdum habet ſignificationem præteriti præſentis & futuri. Oratius de pterito.olim ruſticus urbanū murem mus paupere fertur. accepiſſe cauo.cætera nouiſſima. VEterno.Veternus inexpugnabilis torpor uiſq; ſomnifica. græci letargum uocant recentiores medici ſubetiam nominant.alias ueternus dicitur hydropicus morbus de quo ſuo loco plura perſcripſimus. INextricabilis morbi:in explicabilis inſanabilis:a quo extricari explicariue ægrotus neq̄t. ſic Plinius in epiſtolis: q̄ maturiſſime inexplicabili morbo liberari CRVciatui ſubtrahere .M. Tullius in tuſculanis quæſtionibus portum morborum dolorū mortem eſſe refert.ita fortunæ iniurias & cruciatus quos ferre neque as defugiendos cenſet: hoc ē eni cunctis erūnoſis præſto profugiū ſic Silius italicus.ultronea morte cruciatui ſe ſubtraxit uitamq; finiuit inedia ob tedium claui īſanabilis.ſic cotelius ualitudīe iniqua conflictatus ex dolore pedum:cūq; incredibiles cruciatus pateret̃ ſponte deceſſit:ne tantos dolores diutius ſuſtineret. BLAterantem mendacia confingentē.& multa nō tā ſtolide q̄ calide obloquentē homines in uerba prouectos noſtri ueteres locutuleos & blaterones & linguaces inſigniter dixerunt blaterare eſt confingere mendacia.item blacterare dicitur ſtulte & percupide loqui quod a græco βλαξ.originem dicit ſignificat autē βλαξ.apud græcos ſtolidū camelos quoq; cū uoces edunt blaterare dicimus. CAVſificantē:Cauſas nouas cōminiſcentē.& excuſatōes fabricātē. QuAEſtiōi præcauēs.ut.q̄ſtio haberi poſſet de hoc ſeruo. NEq̄ uel adulter.Numi neq̄ & adulteri dicūt̃ uitiati reprobi.falſæq; mōetæ:quos & adulterios appellāt.ſcribit Plinius adulterinū denariū emi pluribus ueris denariis quo moneta falſa deprendit̃. SACculo. crumena ſaccus ſacculus ſacellus receptacula ſunt numorū.ex eodē genere eſt ſacciperium:quo tamē nōie maior quepiā crumena ſignificat̃. PRAEnota.ideſt in prime ſigillū annuli tui ſignatorii:quo ſignāda ſignāt plinius laudat priſcorū uitā tāq̄ innocētiſſimā in qua nihil ſignabat̃ at nunc inquit cibi ac potus uindicāt̃ annulo rapina claues quoq; ipſas ſignare nō eſt ſatis.Mos hodie q; durat.ut aurei ſacculo conditi annulo prænotent̃.& per numularium explorētur probi ſint an adulteri pōderiſq; legitimi. REpreſentatus ē iudicio.Quē iuſſiſtis modis oībus ſiſti oportere. CVRriculo.curſim. TAberna.Medicinā intelligit.ſic.n.plautus appellat medici tabernā.tales hoc tēpore. tabernæ ſpeciariæ noiant̃ & ſpeciarii aromatarii a ſpeciebus uenalibus.ſic.n.aromata uulgo dicunt̃: qua dictiōe & Macrobius & Hieronymus.& iuriſconſultus utunt̃. PROlatā:ſcilicet pecuniā dictos ē.quippe itelligimus medico adhuc in ſeruū porāte allatā ſibi id horæ eoq; momēto pecuniā:quā proferens ecce inquit uobis exhibeo:ut noxa ſeruilis fiat manifeſtior. INSImulari ueneni:accuſari de ueneno : ſic enim ueteres dixerunt : ut ante diximus. FRATER. Corrigo alter:non poteſt inquit alter accuſari de ueneno:quod ſeruus comparauerit:ipſe enim noxius eſt.non alius uel dic/frater illius defuncti inſimulandus nō eſt ueneni per ſeruū comparati:ſed ipſe ſeruus. COMparauerit.interrogatiue legendū. CORrigere:corripuit inuaſit. IN uicē.In locū. FRIgidus ſudor. Ex formidine īmodica ſudore frigido homo perfundit̃.iuxta illud frigidus & toto manabat corpore ſudor.Hippocrates.Galēus.cor.celſus ſudorē frigidū peſtiferum eē & maturæ mortis ſignū eē pro

de me cognoſcite. furcifer iſte uenenū pſentariū comparare ſollicitus:cētūq; aureos ſolidos offerēs pcium me non olim conuenerat: quod ægroto cuidā dicebat neceſſarium:qui morbi īextricabilis ueterno uehemēter implicatus: uitæ ſe cruciatui ſubtrahere geſtiret. At ego perſpiciens malum iſtum Verberonem blatterantem:atq; inconcinne cauſificantem : certuſq; aliqd moliri flagitium:potionem quidem dedi : ſed futuræ quæſtioni præcauens:non ſtatim præcium quod offerebatur accœpi:ſed ne forte aliquis inquā iſtorū quos offers aureorum:nequā uel adulter reperiatur : īhoc ipſo ſacculo cōditos eos:annulo tuo prænota : donec altera die nummulario præſente comprobentur : ſic īductus ſignauit pecuniam:quam exinde ut iſte repreſentatus eſt iudicio.iuſſi de meis aliquem curriculo taberna prōptā afferre.& en ecce prolatā corā exhibeo ui deat.& ſuū ſigillū recognoſcat. Nā queādmodū eius ueneni frater iſimulari poteſt. quod iſte cōparauerit?

Ingens exīde Verberonem corripere trepidatio.& in uicem humani coloris ſuccedit pallor infernus.perq; uniuerſa mēbra frigidus ſudor emanabat. Tūc pedes

Olim.
Vetern⁹.
Letharg⁹
Subena.
Mors p fugium.
eruatum
Blaterōeſ
Loquutuleii.
Blaterarī.
Blax.
Numus.
adulter.
apud priſcos nil ſignabat
ſpeciari⁹.
ſpecies.
aromata
ſudor frigidus
ſudor falſus.

diderunt.Cur ſalſus ſit ſudor docet Ariſtoteles in problematis. a maximo uate dictum eſt ſcitiſſime.
ſalſuſq; per artus ſudor iit. IN certis alternationibus.Expreſſit affectum hominis conſcii & ſcelerati:
qui prenſus.& rationibus confuratus cōmouet pedes alternatim ex titubatione:ſcalpit caput:& uer-
ba parum explicata balbutit. PARtem ſcalpere capitis:Pro ſcalpebat:qui effœminati ſunt & molles
Scalpere dicuntur digito uno caput ſcalpere.quod in pōpeium dixit caluus.& a iuuenale.morſu ſatyrico uſur
digito ca patum:qui digito ſcalpunt uno caput.præterea ſontes ſcalpunt caput deprenſi in crimine manifeſto
put. quod inficiari nō quærunt : inter
ſigna conſcientiæ:apud doctores
rhetoricos ſunt & hæc expalluiſſe
Titubaſſe Inconſtanter locutum
eſſe concidiſſe. NEſcio quas affa
Effutire. mias effutire:nugas : & ineptias
Affamiæ meras loquebatur:effutire eſt:ut
docent grammatici:inepte loqui
& uerba lapſantia ac futilia fundi
tare. Oratius effutire leues indi
gna Tragœdia uerſus . affamiæ
uero dicūtur ieptiæ & nugatoria
uerba atq; lapſantia:ut ante dcm̄
eſt. MENdacii arceſſere. Ideſt ac-
cuſare de mendacio arceſſere ac-
cuſare eſt:ut docet Diomedes in
Arcerſſei primo:quod uerbum ab arceo naſcitur.& enim alium accuſare a maleficiis arcere eſt . cum genitiuo
Tria di- coniungitur.ut apud.M. Tullium maieſtatis arceſſitur.diuus auguſtinus in libro de mendacio.do
ſcunt pẽ- cet mendacium longe eſſe fugiendum & diſcerniculo quodam.octo genera mendacii facit.quod &
ſarum fi- in decretis canonicis.xxii.q.ii.copioſiſſime explicatum eſt.apud perſas herodoto.& xenophonte te-
lii. ſtibus dicere mendacium erat criminoſiſſimum:quorum filii tribus potiſſimum rebus inſtitueban
tur:equitare:arcu ſagittas excutere:& uera loqui.uir bonus ut pu.Nigidius refert pſtare debet ne mē
Mentiri. tiatur prudens ne mendacium dicat:namq; inter mendacium dicere & mentiri diſtat:qui mentitur
Menda ipſe non fallitur:ſed alterum fallere conatur.Qui mendacium dicit ipſe fallitur:uerum mendacium
cium di dicere etiam ſapienti aliquando conceſſum eſt:ut Quintilianus aſſerit:& diuus Hieronymus docet
cere. ſcribens:de officioſo mendacio. CONtundit:Melius eſt legere contendit pro eo quod eſt inſtar ur
Miniſte- get conatur. MIniſteria publica.Miniſtri publici quales ſunt apparitores.lictores. uiatores . ſic dici-
ria mus miniſteria ut ſeruitia pro miniſtris & ſeruis. ANNVlum ferreum. Apud ueteres annulis tan-
anulus. tum ferreis utebantur:& ut auctor eſt Plinius longo tempore.ne ſenatus quidem Romanus annu-
ferreus. los aureos habuit:unde & ſponſæ annulus ferreus mitti ſolitus erat:iſq; ſine gemma.Qui ob legatio
Vngulū. nem accœperant annulos aureos in publico illis tantum utebantur:intra domos uero ferreis:& oli
Dactyliō in ferreo annulo equites iudiceſq; intelligebantur.Mox adeo promiſcuum id eſſe cœpit.ut cum ſer-
Dactylo- uitiis quoq; communicaretur.Merito ergo & ſcienter dat nunc Lucius noſter annulum ferreum ſer
theca. uo.ex ritu ſcilicet & more maiorum.refert idem plinius ſeruos ferrum auro cigere cœpiſſe: priſci apd
nos anulum ungulum uocabant.græci dactylion appellant:a digito qui græce δακυλοσ dicitur.
Vnde & dactylotheca pro repoſitorio annulorum : & hoc eſt quod intelligi uoluit Plinius ſic ſcri-
Condu bens.id græci a digitis appellauere condulum quoq; & condalium anulum dixerunt . Plautus in tri
lum. nummo.Inter eos ne homines condalium te redipiſci poſtulas.græci & noſtri ſymbolum . ſic apud
Conda Terentium ſymbolum dare.& de ſymbolis eſſe ad annulos refertur.qui pro arra collationis ad ien-
lium. taculum ſiue prandium faciendum deponi ſolent.non me præterit ſymbolum dici collationem hoc
Symbo eſt quod plures in unum conferunt.Vnde & ſymbolo apoſtolico inditum nomen: quo apoſtoli in
lum. unum contulerunt:quod unuſquiſq; ſenſit.Symbola quoq; in re militari nuncupantur.ſigna uel in
Symbo dicia.quæ unuſquiſq; dux diſtincta ſuis militibus tradit: ut ſi forte occurrerit quis de quo dubitetur
lum ſymbolum probat:ſi ſit hoſtis uel ſocius.apud Terentium quoq; exponere potes. ſicut non parum
apoſtoli- multi exponunt.ſymbola pro collatoribus ſiue comeſalibus:ſic enim uulgo appellantur:quæ adole
cum. ſcentuli in unum pro rata conferunt:cauſa prandii uel cœnæ.uel ientaculi.Vnde hodieq; in uſu eſt:
Symbo collationem facere.pro ientaculum ſumere:quoniam ſcilicet id ex collata pecunia plerunq; fieri ſo-
lum. let:in decretis canonicis diſtin.xliiii.ſic ſcriptum legitur non oportet clericos:ex ſymbolis : quæ uul-
militare. gus comeſalia appellat conuiuia celebrare.eadem conferta dicuntur.A ſymbolo dicitur eleganti uo
Comeſa cabulo a ſymbolos.qui eſt immunis.& liber a ſymbolo conferendo:ſicut ſæpe in conuiuiis quæ fiūt
lia. ex ſymbolis collationibuſq; compluſculorum erit unus & alter qui nihil conferent. hi eleganter di-
a ſymbo- centur aſymboli.Au.Gellius ne omnino ut dicitur immunes & aſymboli ueniremus : conuectaba-
los. mus ad cenulam.non cupedias ciborum.ſed argutias quæſtionum.ubi annotandum cupedias pōi
Cupidiæ pro lautioribus eduliis.ſicut ſuo loco copioſiſſime perſcripſimus.

incertis alternacionibus cōmouere:modo hanc modo
illam partem ſcalpere capitis: & ore ſemiclauſo balbu
tiēs neſcio quas effamias affutire:ut eū nemo prorſus
a culpa uacuū merito crederet.ſed reualeſcēte prorſus
aſtutia cōſtātiſſime negare:& accerſere mendacii medi
cum non deſinit: qui propter iudicii religionem:cum
fidem ſuam coram lacerari uideret: multiplicato ſtu-
dio Verberonem illum cōtēdit redarguere:donec iuſ-
ſu magiſtratuū:miniſteria publica cōtrectatis neqſſi-
mi ſerui māibus annulū ferreū dephēſum cū ſigno ſac
culi cōferunt:q̄ cōpatio pcedētē roborauit ſuſpitionē

NEC rota. De rota græcienſi: q̃ inter dira tormentoꝝ genera anumeratur: ſupra dictum eſt: cuius & Rota.
Plutarchus cõmeminit. ſcribẽs fuiſſe quoſdã tã inhumana crudelitate ꝑditos: ut iuberẽt rotã induci. Eculeus.
& carnifices cũ ſecuribus expediri ad phocionẽ lacerãdã. Eculeus quoq; tormẽti genus eſt. cuius Sene
ca. Valerius. Cicero cæteri meminerũt. Quidã ardẽtẽ laminã eẽ tradũt: qua hoĩes cruciabiliter torquẽ
tur: equuleus dicitur puſillus equus ab equo diminuto uocabulo. M. Tullius ĩ uerrinis. his equitabit Equule9.
equuleis. Plinius in. viii. qua ꝓpter ſurreptis ſtatim pullis ĩ tenebris equarũ uberi aſinarũue equuleos
admouẽt.

nec rota: uel Equuleus more græcoꝝ: tormentis eius apparata iam deerant: ſed obfirmatus mira præſumptione ullis uerberibus: ac ne ipſo quidem ſuccubuit igni. Tum medicus non patiar inquit Hercules: non patiar: uel circa fas de innocente iſto iuuene ſuppliciũ uos ſumere: uel hũc ludificato noſtro iudicio: pœnã noxii facinoris euadere. Dabo enim rei præſentis euidens argumentum: nam cum uenenum peremptoriũ comparare peſſimus iſte geſtiret: nec meæ ſectæ crederem conuenire: cauſas ulli præbere mortis: nec exitio ſed ſaluti hominum medicinam quæſitam eſſe didiciſſem: uerens ne ſi daturum me negaſſem: intempeſtiua repulſa: uiam ſceleri ſubminiſtrarem: & ab alio quopiam exitiabilem mercatus hic potionem: uel poſtremũ gladio: uel quouis telo nefas inchoatũ perficeret: dedi: nõ uenenũ ſed ſomniferum mandragore illum:

NEC ſuccubuit igni.
Inter crudelia barbaricaq; genera
cruciatus eſt ignis: cui tormento:
qui non ſuccubuit nulli ſuccũbet.
Seuitia ut ſcribit Seneca libro ſe
cundo epiſtolaꝝ moraliũ cõmẽta
eſt eculeos. cruces nucũ & tunicã Tunica
illã alimẽtis igniũ illitã. & intextã moleſta.
hæc tunica optimo epitheto mo
leſta a Iuuenale & Martiale noĩa
tur. Inueniuntur aũt pleriq; patiẽ
tia ſiue duritia tormẽtoꝝ tãta ꝑdi
ti. ut tormẽta cõtẽnãt: ut exprimi
ab eis ueritas ullo mõ non poſſit:
Ideoq; q̃ſtioni nõ ſemp fidẽ habẽ
dã eẽ uere & prudẽter monet Vl
pianus. HERcules. Ius iurãdum
eſt. CIRca fas. Legẽdũ eſt cõtra Perẽpto
fas. VENEnũ perẽptoriũ: Morti rium.
ferũ a perimẽdo peremptoriũ di
ctũ. Sic apud iuriſcõſultos. Titulo
de iudiciis peremptoriũ edictum
dicitur. ex eo qđ perimat diſcepta
tionẽ. Inter litigatores hoc eſt ultra nõ patiatur aduerſariũ tergiuerſari. Priſci peremptalia fulgura ap Perẽpta
pellauere: q̃ ſupiora portenta perimunt. i. tollunt. GEſtiret. Cuperet. MEAE ſectæ cõuenire. Medi lia fulgu
cina ad ſalutẽ hoĩum nõ perniciẽ reperta eſt. proinde medicoꝝ ſectæ nõ cõuenit uenena propinare: ra.
quorũ ars oĩs ſtudiũ uigilantia eſt in ſalutaribus remediis dandis. ſic Hippocrates diſcipulos adiurat
ne dolo malo ſcientes cupiã mortaliũ noxia medicamẽta propinent. Legimus apud iuriſcõſultos ad Iuſiurãdũ
legẽ Corneliã de ueneficiis: qui malũ uenenũ necãdi hoĩs cauſa fecerit uel uẽdiderit uel habuerit ple hippocra
ctendũ eẽ. & eiuſdẽ legis Corneliæ pœna afficiendũ: ꝑterea ſenatus cõſulto effectũ eſt. ut pigmentarii tis.
pœna huius legis teneantur. ſi cui temere uenena dederint. NEC exitio ſed ſaluti. Omnibus morta
libus medicinã utiliſſimã eẽ celeberrimi auctores prodiderũt tãq̃ nullũ hoĩum gẽus nullus ſexus. nul
la ætas ſit: q̃ nõ utilitatẽ ex medicina petat: cuius artis auctores accepimus deos. ſiue ut hæc infirmitas
hoĩum haberet adiumẽta aliqua. Vel ſolatia ſiue tãtũ huic arti tribuere maiores. ut eã uix crederẽt hu
manis potuiſſe ingeniis inueniri. ſiue ipſa medicina ꝑ ſe ſacra res eſt. græce ιατροσ dicitur medicus.
unde archiatros prĩceps medicoꝝ quo noĩe eſculapiũ inſigniter appellauere: tãq̃ ꝑſidẽ deũq; medico Archia
rũ. ut oſtẽdit Auguſtinus ĩ tertio de ciuitate dei. uerius & melius a diuo Hieronymo archiater dictus tros eſcu
eſt ſeruator noſter qui medicus eſt chriſtianoꝝ: & languentiũ animarũ ꝑſentiſſimus opitulator in co lapius.
dice ĩperatorio Archiatros legimus priuilegiis ĩperatoriis decorari: ubi ridicule cõmentatores expo
nũt archiatros pro militãtes inermi militia Caſſiodorus ait archiatros eẽ ſalutis magiſtros. VERE Archiatri
res. Corrige uerens. i. timens. AB alio quopiã. Ideſt a medico alio inſincero & minus probo quales
multi hodieq; reperiuntur: qui potionẽ mortiferã pro ſalutifera dare nihil uerebũtur accepta merce
dula unde fit ut medicus ſæpe capitalis exiſtat: & cũ ſoli medico hoĩem occidiſſe ſũma ĩpunitas ſit ex
perimenta ꝑ mortes agunt: & uenena pro meditamẽtis uel inſcitia uel ĩprobitate propinãt. SOM
niferũ madragoræ. Duo ſunt genera mandragoræ: mas & fœmina. candidus mas: nigra fœmĩa exi De man
ſtimatur. Ferũt mala auellanarũ nucũ magnitudine. & effoſſuri cauent cõtrariũ uentũ. & tribus circu dragora.
lis ante gladio cõſcribunt. Succus fit & ex malis. & ex caule deciſo cacumine & radice. odor ei grauis.
ſed radicis & mali grauior mala maturata in umbra ſiccantur. ſuccus ex his ſole denſatur: uis mandra
goræ ſomnifica eſt pro uiribus bibentium: media potio cyathi unius potu largiore. etiam moriũtur.
Bibitur ante ſectiones uſtioneſq; ne ſentiantur. Quidam ſolo odore & olfactu ſomnũ quærunt. Scri Vis ſom
bit Auicenna in ſimplicibus mandragora ſomnum conciliari. & ſubetiam fieri eſſeq; medicamen nifica.
tum contra uigilias: quæ & ipſæ inter morborum genera numerãtur. Apud græcos celebre eſt. υπερ
μανδραγοραν καθευδεισ ideſt ultra mandragoram dormis mandragoræ ut inquit ſuidas υπ
ρωτικοσ καρποσ η ληθησ ποιητικοσ. i. fructus eſt ſomnificus & obliuionis effector. Columella

Semihomo mandragora.

in libro de cultu hortorum ſemihominem mandragorã ſcite appellat propterea ꝙ radix eius ſimillima eſt homini.ut docet Auicenna & uulgo proditur.cæterum quãuis iuriſconſulti interdicãt ne pigmentarius mandragoram cicutam Aconitum aliaq; uenenata temere det. tamen hic medicus pro ueneno ſuccum illum mandragoræ habentem uim ſomnificam dedit cuius & ſi noxiæ ſunt uires non tamen mortiferæ ut ita obuiam iret improbitati ſerui geſtientis comparare mortiferum uenenum.non ab re eſt hoc in loco commemorare exemplum proditum a frontino in libris ſtrategematicon hannibal miſſus a carthaginenſibus aduerſus afros rebellãtes cum ſciret gentem auidam eẽ uini magnum eius modum mãdragora permiſcuit.cuius ĩter uenenum & ſoporem media uis ẽ.

Hiſtoria remotior

tunc prælio leui commiſſo ex [illegible]duſtria ceſſit.nocte deinde in[illegible]peſta relicto intra caſtra uin[illegible] in[illegible]cto fugam ſimulauit cumq; barbari occupatis caſtris in gau[illegible]ũ effuſi medicatum merum au[illegible] hauſiſſent. & in modum de[illegible]ctorũ ſtrati iacerent reuerſus c[illegible]pit eos ac trucidauit. GRauedinis compertæ.Cõſimiliter Plinius de mãdragora loquẽs inquit: ſic quoq; noxiæ uires grauedinem afferũt: etiam olfactu. Vtrobiq; grau[illegible]do ponitur pro torpore marcido & capitis grauitate ſomnulẽta. Alias

Grauedo

grauedo ſignificat diſtillationem humoris ex capite: quæ teſte.Cor.Celſo nares claudit uocẽ obtundit tuſſim ſiccam mouet. Hippocrates græciq; coryxas nominant.

Grauedinoſi.

Vnde grauedinoſi dicti huic morbo obnoxii: ut in commẽtariis Tuſculanarum queſtionum uberius ſcripſi. CERtum extremæ pœnæ. Sic ueteres loquuntur.ut certus fugæ certus ſpei.extrema pœna ponitur pro ultimo ſupplitio.

Vltimũ ſuppliciũ

Vltimum autẽ ſupplicium mortem ſolam interpretamur:ut docent iuriſconſulti titulo de pœnis. PVER meus.Lego meis.ut ſit meis manibus temperatam. Quæratis cauſas alias. Cum ego potionem mandragoræ ſomnificã tantũ dederim.ſi mortuus eſt.mortis cauſa aliunde eſt:quã ego neſcio. ADOrante:Orante cauſam agente:

Adorare Orator ab ore.

adorare enĩ apud antiquos ſignificat agere.unde & legati oratores dicũtur qa mandata populi agunt.auctor feſtus Põpeius.M.Varro ab ore orare.& oratores. & orationẽ dici ſcribit. ITVR.Scilicet ab oĩbus.ſic Virgilius itur ĩ antiquã ſiluã. COPERculo capuli.Tegumẽto orificioq; ſepulchri.de capulo & capulari ſene.& capulari reo iã dictũ eſt. COMmodũ.Tũc iã illo momẽto illo tẽpore.ut ſæpe apd hũc ſcriptorẽ. POSTliminio mortis.Sic & ĩfloridis uelut ab inferis poſtliminio domũ rettulit.de poſtliminio ſupra ſatis multa. VERbis ĩpar.i.q uerbis explicare nõ poterat.nec dicẽdo æqre gaudiũ intimũ: quo afficiebat̃ ſenex ex ĩprouiſa ſalute filii.

Amicula feralia cãdida.

FERAlibus amiculis.Amicula feralia ſunt ueſtimenta:quibus cadauera defunctoꝝ ueſtita in ſepulchro conduntur:ſcribit Plutarchus in problematis.ꝙ mortui corpus albis ueſtibus induebatur.ob puritatem. quippe color albus ſolus ſincerus.ac purus minimeq; infectus eſt. ſic & defunctus uidetur eſſe factus quiddam ſimplex & purum omniq; mixtione ſecretũ:unde & in luctu mulieres albis ueſtibus amiciebantur. Amiculatus dicitur a ſolino indutus amiculo & ueſte. INSTRIctus. F[illegible]ſceatus.& quaſi uinculatus. OBDItus.Septus opertuſq;.obdere eſt operire. IN mediũ nuda ueritas. Tanta uis ueritatis eſt:ut improbitate malorum depreſſa tamen emergat:ut intercluſa reſpiret. Vt oppugnari poſſit: non poſſit expugnari.nec diu deliteſcere.

Veritas filia temporis.

Meritoq; uetus poeta ueritatem temporis filiam eſſe dixit: ueritatis oratio ſimplex eſt.ut ĩquit Seneca.In tabula cebetis ſcriptum legimus ꝙ αληθεια.i.ueritas παιδειας hoc eſt diſciplinæ eſt comes.in conſilio darii regis pronunciatum eſt ueritatem omnibus antiſtare eam fortiſſimam iudicari. quia nihil contra eam iniqũitas ualet. & cũ cætera quæ fortia uidentur mortalia citoq; deficientia probentur:ueritas & immortalis eſt.& ſempiterna auctores. Eſdras & Ioſephus.

grauedinis cõpertæ famoſũ: & morte ſimillimi ſoporis efficacẽ: nec mirũ deſperatiſſimũ iſtũ latronẽ certũ extremæ pœnæ:q̃ more maioꝝ in eũ cõpetit:cruciatus iſtos ut leuiores facile tolerare. Sed ſi uere puer meis temperatam manibus:ſumpſit potionẽ.uiuit:& quieſcit:& dormit:& protinus marcido ſopore diſcuſſo remeabit ad diem lucidam:quod ſi uere peremptus eſt:ſi uere morte preuentus eſt: quæratis licet cauſas mortis eius alias. Ad iſtum modum ſeniore adorante: placuit: & itur confeſtim magna cum feſtinatiõe ad illud ſepulchrum: quo [illegible] pus pueri depoſitum iacebat:nemo de curia:de optimatibus nemo:ac ne de ipſo quidẽ populo quiſq̃:qui non ill[illegible] curioſe confluxerit. Ecce pater ſuis ĩpſe manibus:coperculo capuli remoto:cõmodum diſcuſſo mortifero ſopore: ſurgentem poſtliminio mortis deprehendit filium: eũq; complexus artiſſime:uerbis impar: præſente gaudio producit ad populum:atq; ut erat adhuc feralibus amiculis inſtrictus: atq; obditus:deportatur ad iudiciũ puer. Iamq; liquido ſerui nequiſſimi:atq; mulieris nequioris patefactis ſceleribus:procedit in medium nuda ueritas: & nouercæ qdẽ perpetuũ indicitur exilium ſeruus uero

PATIbulo ſuffigitur: In crucem tollitur. Antiqui gaballum dixere crucem & patibulum. M. Varro. Nos barbari qui innocentes in gaballum ſuffigimus. Alias patibulum dicitur ſera. qua hoſtia ocluduntur. a patendo. ꝙ hac remota ualuæ pateant. Supplicium autem patibuli infame eſſe & ſerui docet Lactantius in quarto. Patibulatum pro crucifixum dixit antiquitas. FABVloſa fortuna. Qualis in tragœdiis ſpectari ſolet. & tragici ſtili materia eſt. POST orbitatis periculum. Periclitatus eſt ſenex. ne duobus filiis eodem tempore orbaretur: nam ſi ille ſepultus uere mortuus fuiſſet: alteri quoq; erat pereundum: ſententia iudicum condemnatoria: & capitali. NVLLO uendente cõparauerat. Feſtiuiter dictũ de eo qui aſinum abduxerat: & ſuũ fecerat ſine emptione. Hortulano. n. in publicum carcerẽ deducto miles aſini poſſeſſor factus ẽ: acquiſiuitq; rei inemptæ dominium militari ſcilicet impotẽtia. & ui. XI. denarii. Luciãus ſcribit militem uendidiſſe aſinum πεντε και εικοσι ideſt uiginti quinq; drachmis atticis. DIVES dominus. Lucianus. οδε ωνησαμενοσ θεραπων ην ανδροσ σφοδρα πλουσιου πολεωσ των εν μακεδονια τησ μεγιστησ θεσσαλονικησ ideſt emptor aſini ſeruus erat uiri ualde opulẽti. ex theſſalonica maxima ciuitatum ĩ macedonia. PISTOR dulciarius. Lucianus ειχε αδελφον συνδουλον αρτουσ πεττειν και μελιπηκτα κιρναν επισταμενον ideſt habebat hic fratrem conſeruum: qui panes conficere & cibaria ex melle concinnare ſciebat. piſtor dulciarius is dicitur. qui dulcia conficit. & mellita cibaria quæ græce dicuntur μελιπηκτα qualia ſunt & bellaria de quibus. M. Varro. Gellius. Macrobius. ſic ſcripſere ea maxime ſunt mellita. quæ mellita non ſunt dulcibus enim cum pepſi ſocietas infida. quibus uerbis ineſt hic intellectus. ea maxime mellita ideſt iucunda haberi: quæ non ſint mellita ideſt melle cõcinnata. quoniam dulcia & ex melle compoſita non faciunt ad pepſim ideſt concoctionem. ſicut autem dulciarius a dulcibus eduliis dicitur. ſic & lactarius qui ex lacte facit lacticinia. quæ uocant: Lampridius helio gaballum ſcribit habuiſſe dulciarios & lactarios: qui omnia coquorum edulia exhiberent. ex dulcibus. & lactariis. ubi lactaria ſignificantur lacticinia. ut uulgus appellat: quæ Cor. Celſus lactantia uocat ſic ſcribẽs aluum mouent mel crudum. lac lactantia omnia. Piſtores uero dicuntur. qui panem faciũt. Antiquitus hoc uocabulo nominabantur. qui far piſcebant. Piſtores non fuiſſe Romæ ad perſicum uſq; bellum teſtis eſt Plinius. ſcribens ipſos quirites panem feciſſe idque mulierum opus fuiſſe: libro tertio digeſtorum ſcriptum legimus. fuiſſe Romæ: collegium piſtorum græce αρτοποιοσ dicitur piſtor. ALTER coquus. τα οψα τῳ δεσποτη εσκευαζε ideſt obſonia domino concinnabat. ueteres Romani. coquos non habuerunt in ſeruitiis. eoſque ex macello conducebant: quod ex Plautina lectione ſat notum eſt mox coquos inter ſeruos habere cœperunt. quos ſingulos pluris ꝙ̃ equos emebant. idque in conqueſtione luxus auctores graues cenſoria oratione caſtigant: a quibus proditur coquum illum plurimi ſolitum eſtimari: qui peritiſſime cenſum domini merſiſſet. Coquum & piſtorem apud antiquos eundem fuiſſe accepimus: græce dicitur οψοποιοσ. De coquo Liuius hæc. Tum coquus uiliſſimum antiquis mancipium & æſtimatione & uſu in precio eſſe. & quod miniſterium fuerit Ars haberi cœpta. Plato in gorgia coquinariam uocat adulationem medicinæ.

SVCCVVM. Pro ſuccorum multa enim apud priſcos reperiuntur. ſecundi & quarti ordinis indifferenter uſurpata. ut ſenati & ſenatus ornati & ornatus lecti & lectus. ſic ſucci & ſuccus. unde pluraliter ſuccuum pro ſuccorum. græci ευχυλα uocant και κακοχυλα cibaria boni ſucci. & mali ſucci. Cor. Celſus inter res euchylas numerat triticum ſiliginem omnem uenationem uinum dulce. uel lene. inter cacochylas uero legumina ponit & ſalſamenta. & ueterem caſeum. Hic nutrimenta ſuccorum accipi uidentur pro embãmate & intinctu. nam græco uocabulo embãmata. latino intinctus uocant liquores ſapidiſſimos: quibus pulmenta condiuntur quibus bucellæ panis & obſonia intinguntur: uulgus ſapores appellat. gulæ prorſus irritamenta. quorum Columella. Plinius. cæteri meminere: Quidam legunt intrimentis: ab eo uerbo de quo eſt illud prouerbiale quod intriſti tibi exedendum eſt. hinc intrita Catonis & ut inquit Donatus intrita dicitur cibus in mortario factus.

Gaballus. Patibulũ. Patibulatum. Piſtor dulciari⁹. lactarius. Lactaria lacticinia. Piſtor. Coquus ex marcello. coqnaria. Euchyla. Cacochyla. Embamata. Intictus. itrimẽta. Intrita.

patibulo ſuffigitur: & omniũ conſenſu: bono medico ſinuntur aurei opportuni ſomni pciũ: & illius quidẽ ſenis famoſa atq; fabuloſa fortuna prouidentiæ diuinæ cõdignum accœpit exitum: qui momento modico: ĩmo puncto exiguo poſt orbitatis periculũ adoleſcentium duorũ pater repẽte factus eſt. At ego tũc temporis talibus fatorũ fluctibus uolutabar. Miles ille: qui me nullo uendente: comparauerat: & ſine pcio ſuũ fecerat: tribuni ſui præcepto debitũ ſuſtinens obſequiũ: litteras ad magnum ſcriptas principem Romã uerſus perlaturus uicinis me quibuſdam duobus ſeruis fratribus undecim denariis uendidit. His erat diues admodum dominus. At illorum alter piſtor dulciarius: qui panes & mellita concinnabat edulia. Alter coquus: qui ſapidiſſimis nutrimentis ſucuũ: pulmenta

Condituͣ CONdita.Media producta pronũciandũ.a cõdio cõdita deriuãtur.unde & cõdimẽta.& cõditiones
parado/ & cõdituræ inclinãtur:apicius.cõditi paradoxi cõpoſitionẽ celebrat.quo uocabulo ſignificatur genus
xon. ſibi ſiue potionis cõdimẽtis uariis cõcinnatũ:Idẽ cõditũ melizomũ uocat.iuſculũ ex mellis deſpuma/
Melizo/ ti mixtura cõfectũ.Quod & ipſe docet & nomẽ oſtẽdit μελι.græce mel.& ζωμος ius/annotandũ
mon. dici ab apicio cõditũ neutraliter noĩe ſecundi ordinis ſubſtãtiuo. VASA cõpluria.M.Cato.Pu.Nigi
cõpluria. dius.M.Varro.cæteriq; ſcriptores uetuſtiſſimi pluria & cõpluria dictitabãt.q̃ nos plura & cõplura dici

condita uapore mollibat: unico illi cõtubernio cõmunem uitam ſuſtinebant:meque ad uaſa illa compluria geſtanda præſtinarant. quæ domini regiones pluſculas pererrantis:uariis uſibus erãt neceſſaria: adſciſcor itaque inter duos illos fratres tertius contubernalis. Haud ullo tempore tam beniuolam fortunam expertus.Nam ueſpera poſt opiperas cænas:earũque ſplendiſſimos apparatus: multas numero partes in cellulã ſuam mei ſolebant reportare domini: ille porcorum: pullorũ:piſciũ:& eiuſcemodi pulmẽtorũ largiſſimas reliquias.Hic panes:cruſtula:iucunculos:hamos:lacertulos plura ſcitamẽta mellita:q cũ ſe refecturi:clauſa cellula balneas petiſſent: oblatis ego diuinitꝰ dapibꝰ

mus:qn etiã aſinus capito uir do
ctiſſimus . epiſtola quadã ratiões
grãmaticas poſuit p quas docet
pluria latinũ eẽ:plura barbarũ: id/
que nomẽ ſimplex eẽ. nõ cõpara/
tiuũ. Ab eo qđ eſt cõpluria aduer
cõpluries bium factũ eſt cõpluries:ut docet
Gellius in quinto.M.CAto com
pluries inquit multi ſimul ad ho/
ſtis trãſfugere: cõpluries ĩ iperato
rẽ ipetũ fecere. PRAEſtinarant:
Emerant. ADſciſcor:Aſſumor.
TERtius cõtubernalis:Feſtiui/
ter dictũ de aſino adſcito in cõtu/
berniũ duoꝝ fratrũ.ut pinde qua
ſi tertius cõtubernalis haberetur.
MVLtas partes : Lucianus reli/
quias dixit ſic ſcribens. μετα το
δειπνον του δεσποτου πολ/
λα λειψανα αμφω εκομιζον.i.poſt cænã deinde multas reliquias ambo reportabãt: De partibus
cænæ.& eduliorũ ſuperius copioſe ſciteq; diſſerui. MEI domini:Piſtor dulciarius.& coquus. ILLE
porcorũ:Coquũ ſignificat . Luciãus.ο μεν κρεων και ιχθυων.i.hic quidẽ carniũ & piſciũ.ο δε αρτων
Cruſtula και πλακουντων alter autẽ panis.& placentarũ. HIC panes:Piſtor dulciarius. CRVſtula.A lucio
noſtro cruſtula dici uidentur.quæ a Luciano græce πλακουντες.i.placentæ.ſunt enĩ cruſtula edu/
lia mellita operiſq; piſtorii.quoꝝ Oratius.& Iuuenalis cõmeminerũt:de quibus Lucilius guſtaui cru
Error grã ſtula ſolus.obiter corrigendus eſt publicus error grãmaticorũ:qui cruſtũ a cruſta ita diſtingunt ut cru/
maticoꝝ ſtum neutro genere dicatur edulium . ſitq; pars eoꝝ quæ comedi poſſunt . fœminino uero cruſta ſit
Gruſtũ. eoꝝ quæ nõ comeduntur.ut ligni & lapidis.& gelu/ſicut apud Virgiliũ . cõcreſcunt ſubitæ currenti in
Cruſta. flumine cruſtæ.nos uero obſeruauimus apud eruditos cruſtas non minus dici de eduliis q̃ de his q̃
non manduntur:quod cum alii tum maxime Plinius noſter oſtendit longe opinor q̃ grãmatici om
nes doctior elegantiorq;/cuius in præſentia exemplum unum ſuppetit . qui in.xix.de papauere ſcri/
bens ſic inquit.hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur.adfuſo ouo inherens . ubi inferiorem cruſtam
tetraphar apio gitq; ceriali ſapore condiunt . Hadrianus imperator inter cibos unice probabat tetrapharmacũ
macum. quod erat de phaſiano ſumine perna.& cruſtulo.unde & nomẽ.eſt enim tetrapharmacũ cibi genus.
Penta/ ex eo dicti ꝙ ex quattuor p̃cioſis obſoniis conſtabat:ſicut pentapharmacũ edulii genus eſt ex quinq;
pharma/ cõfectũ quod reperiſſe dicitur.helius uerus Romanus iperator auctore ſpartiano.hoc eſt ſumen pha
cum. ſianus pauo cruſtulata & apruna.ubi annotãdũ cruſtulatã fœminino genere dici qđ & cruſtulum in
Cruſtula differẽter . IVCVNculos.Cibus ſignatur ex opere dulciario.qui ad ſimilitudinẽ iuncorũ.ut opinor
ta. figuratus inde nomẽ mutuatur/quales hodieq; in opere piſtorio uenales cõſpiciũtur.proinde iuncu
Iunculi. los legẽdũ eſt.uel intellige opus lactariũ ſiue lac coagularũ inſtar metæ formatũ iuncis incluſum:quæ
Meta la/ meta lactis dicitur epigrãmatiſtæ/uulgo iuncata a iuncis noĩatur. HAmos lacertulos:Noĩa ſũt opis
ctis. piſtorii a ſimilitudine nũcupata.Apud nos ex ſaccaro. & ouis & farina puriſſima fiunt huiuſcemodi
hami.figura incurua & orbiculata.quoꝝ opificinæ prope peculiariter ſunt ſanctimoniales. lacerti ſũt
piſces quoꝝ mẽtio apud Pliniũ & reliquos freques ad quoꝝ effigiẽ dulciarii panes formati appellan
Lacerti tur lacerti.& diminutiue lacertuli.nil ꝓhibet hoc nomẽ deduci poſſe a lacertis rureſtribus qui oĩbus
pães dul/ noti ſunt de quibus & poeta.Nunc uirides etiã occultãt ſpineta lacertos:nã ſicut illi intereũdũ ſinuan
ciarii. tur atq; flectuntur.Ita & mellita panificia tortuoſa finguntur: q̃ uulgus a ſimilitudine incurui brachii
brachialia nominitãt:unde & lacertulos a lacerti noſtri ſimilitudĩe noĩatos eẽ crediderim . hæc tamẽ
Scitamẽ/ arbitraria ſint & pro cuiuſlibet aĩo accipiãtur. SCItamẽta:Edulia ſunt ex eo dicta.ꝙ ſciti ſaporis ſint:
ta. hoc ẽ egregii & p̃cellentis.Macrobius in ultimo ſaturnaliũ.apud popinatores inqt pleraq; ſcitamẽto
rũ cernimus ꝓpoſita ampliora ſpecie q̃ corpore/ubi ſcitamẽta ſignificãtur iucũdiora pulmẽta.& ſi mẽ
doſe legitur ĩ codicibus Macrobii hæc dictio.Apud.Au.Gelliũ p trãſlationẽ poſita leges ſcitamẽta de
center ꝓ exornationibus & uenuſtatibus orationis/q̃ in collocãdis uerbis ſi ĩmodice uſurpentur nõ
carent neuo reprenſionis. REFEcturi:Corpora refocillaturi recreaturiq; primo balneo mox cibo.

affatim ſaginabar.nec enī tā ſtultus eram: tāq; uere aſi
nus:ut dulciſſimis illis relictis cibis cænarem aſperri-
mū fœnum:& diu quidem pulcherrime mihi furatri-
næ procedebat artificium:quippe adhuc timide: & ſa-
tis parce ſubripienti:de tam multis pauciora: nec illis
fraudes ullas in aſino ſuſpicātibus. At ubi fiducia la-
tendi pleniore capta: partes opimas quaſq; deuorabā:
& iucundiora eligens abliguriebam dulcia: ſuſpitio
non exilis fratrum pupugit animos:& q̄q̄ de me nihil
etiā tum tale crederent:tamen cotidiani damni ſtudio-
ſe ueſtigabant reum:illi uero poſtremo etiam mutuo
ſeſe rapinæ turpiſſimæ criminabātur. Iamq; curam di-
ligentiorem:& acriorem cuſtodelam:& dinumeratio
nem adhibebant partium: tandem denique rupta uere
cundia:ſic alter alterum compellat. Ad iſtud iam ne-
que æquū:ac ne humanū fidem minuere quidem coti-
die:ac partes electiores ſubripere: atque hiis diuendi-
tis:peculium latenter augere:de reliquis æq̄ uindicare
diuiſionē:ſi tibi dēiq; ſocietas iſta diſplicet: poſſumus
omnia quidē cætera fratres manere. Ab iſto tamē nexu
cōmunionis diſcedere: nā uideo in īmenſum procedē-
tem querelā:nutrire nobis īmanē diſcordiā. Subiicit
alius laudo iſtam tuam mehercules:& ipſe conſtantiā
quod furatis clanculo partibus præueniſti quæremo
niam:quam diutiſſime ſuſtinens:tacitus ingemiſcebā:
ne uiderer rapinæ ſordidæ meum fratrem arguere:
ſed bene ꝙ utrinque ſecus ſermone prolato iacturæ
medium queritur: nec ſilentio procedens ſimultas

AFFATIM ſaginabar:Large & habundanter ſaturabar. FVRAtrinæ artificiū:Furacitatis ac rapi-
næ ſolertia. Furatrinā dixit nomine ſubſtantiuo ea forma.qua moletrina.ferratrina fœtutrina dicit̄ Furatria.
ueteribus:Furatrinus dictus eſt mercurius. TIMIDE & parce: Lucianus καμου ετι εν φοβω και
φειδοι κλεπτοντοσ.i.me cū timore & parcitate prādium ſurripiente. PARtes opimas:Lucianus.
καλλιστα των μεριδων κατετρωγον.i.pulcherrima partiū deuorabam. ABLIguriebam:Ligu- Ligurire
rire unde abligurire ſignificat ſuauiora quæq; deſtugare.αποτου λίγουρου.ſic enim græci ſuaue ap
pellāt. Auctor Donatus: unde &
liguritores dicti guloſi.quos anti liguritor
qui catilones appellāt: propterea Catilōes
ꝙ catulinā carnem in epulis lau-
tioribus celebrem fuiſſe.& in cæ-
nis deorum pōi ſolitam Plautus
Pliniuſq; notificāt:hinc a Lucilio
Satyrico piſcis lup⁹ catillo dictus
quaſi liguritor quia.ſ.ſtercus pro
xime ripas tyberinas īſectaretur.
FRAtrem:Lege fratrum. MV
TVO criminabātur: κλεπτειν
ο ετεροσ τον ετερον και αρπ-
αγα των κοινων και αναισχυ
ντον ελεγον.i.alter alterū fura-
cem eē & raptorem eorum quæ
cōmunia forent inuerecundum
criminabatur. Anticategoriā uo-
cant mutuam criminationē rhe Anticate
torici doctores. CVSTOdebā. goria.
corrige cuſtodelam.i.cuſtodiam
ut ſupra. DINVmerationē par-
tium. Electioꝝ.ſ.ex eduliis. Lucia
nus μεριδων ἀριθμοσ εγινε-
το.i.numerus partium habeba-
tur. AD iſtud. Lego at iſtud/eſt At.
enim particula hæc inceptiua. &
ut inquit Donatus pricipium in-
crepatiōi aptum. proinde frater
fratrem furti criminaturus ſcite
exorditur a particula obiurgato-
ria & increpationi accōmodata.
PECVlium augere. Signate lo
cutus.cum peculium proprie ſer
uorum dicatur/eſſentq; piſtor:&
coquus i famulicio domini opu
lenti. Peculioſos uocant ſeruos Peculio-
habētes peculium copioſum.pe ſus.
culiares res dicuntur iureconſultis ad peculium ſeruile pertinentes. AEQuam uindicare diuiſio- Peculia-
nem: criminatio fraterna qua frater accuſat fratrem ꝙ clam augeat peculium ex partibus edulium ris res.
ſureptis. dein ex reliquis quoq; exiſtentibus uendicet dimidium lucri pro rata. OMNIA cætera fra
tres manere. Figurata elocutio: & uetus: pro in omnibus cæteris rebus poſſumus ſeruare fraternita-
tem. NEXV communionis. Poſſumus inquit agere de communi diuidundo.& hunc nexum uin
culumq; ſocietatis diſſoluere. ne ex fraterna concordia exoriatur immanis peſtiferaque diſcordia.
SVBIICIT alius. Anticategoria eſt & mutua accuſatio. qua ſe uiciſſim fratres inceſſunt. dum al- Anticate
ter alterum credit habere furtificas manus. PRAEVEniſti querimoniam: quaſi dicat niſi tu prior goria.
conqueri cœpiſſes: ego iam hoc ipſum facere deſtinaueram: & querimoniis expoſtulare tuas ſor-
didas rapinas. ARGVERE rapinæ: accuſare de rapina: cum genitiuo iungitur ſic apud Plautum Arguere
ait alcumena probri ſtupri: dedecoris a uiro argutam meo. VTRINQue ſecus. & abſte & a me. rapinæ.
IACTERE medium queritur. ego ſic emendo. iacturæ remedium queritur: alioqui nullus ſen-
ſus nulla latinitatis elegantia. NEC. Lego ne. iſtæ interdum minutiæ remorantur lectores atque
perturbant: quominus uerum ſincerumq; intellectum aſſequātur: proinde hæc noſtra etiam in mi-
nimis curioſitas minime uideri debet reprehenſibilis.cum nō ſolum eruditulis & ingenioſis ſed etiā
hebetioribus.& brutis iſta ſcribant̄: quoꝝ titubantia adminiculis omnibus eſt erigenda fulciendaq;.

Eteocleæ contentiones.

ETEOcleas cõtentiones:capitales & acerbas ab eteocle qui fratrẽ polynicẽ odio exitiali inſectatus eſt.cui ſtruxit inſidias:quẽ uita priuare & regno uiribus oĩbus neruiſq; cõtẽdit. cũ quo poſt dira bella & nefanda depugnãs cõflixit amboq; pari fato occubuere. quorũ odiũ nec quidẽ poſt obitũ reſtrinctũ eſt:cũ ignis quoq; rogi:quo cremabantur.ſciſſus ſit flãma diuiſa atq; reſiliente.ut canit papinius i.xii. thebaidos.hinc Lucani illud ſcinditur in partes geminoq; cacumine ſurgit thebanos imitata rogos: ob hoc inimicitiæ cõtentioneſq; fratrũ exitiales ac peſtiferæ dicũtur eteocleæ : ſcribit Ariſtoteles i.vii.

Eteocleas nobis cõtentiones pariat. His & ſimilibus altercati cõuiciis:deierant utrique: nullam ſe prorſus fraudem : nullam denique ſurreptionẽ factitaſſe. Sed plane debere cunctis artibus cõmunis diſpendii latronem inquiri:nam neque aſinum : qui ſolus intereſſet: talibus cibis affici poſſe: & tamen quotidie paſtus electiles comparere nuſquam:nec utique cellam ſuam : ĩmanes ĩuolare mures:uel muſcas:ut olim harpiæ fuere:quæ diripiebant phineias dapes.Interea liberalibus cænis ineſcatus: & humãis affatim cibis ſaginatus corpus obeſa pinguitie compleueram:corium aruina ſuculẽta mollіueram : pilum liberali nitore nutriuerã: ſed iſte corporis mei decor pudori peperit grande dedecus:inſolita nãque tergoris uaſtitate cõmoti:fœnũ prorſus intactum cotidie remanere cernentes:iam totos dirigunt ad me omnes animos; & hora conſueta:

Fratrum contentiones acerbæ.

politi.prouerbiũ eẽ.ꝙ fratrũ cõtẽtiones & iræ ſunt acerbiſſimæ : & qui ſe nimiũ amãt . hi ſe nimium oderũt:qđ uerũ eẽ demõſtrat eteocles thebanus.Plato quoq; libro. xi.de legibus refert . nihil pnitioſius eẽ filiis parẽtũ iprecationibus

Oedipi imprecatio.

eaſq; aduerſus filios a diis exaudiri:ideoq; etheoclẽ & polynicẽ diſſidio & cõtẽtionibus capitalibus iter ſe diſſidiſſe:qm̃ pr oedipus cõtẽptus a filiis ea illis iprecatus ẽ: q̃ exaudita a diis effectaq; apđ oẽs ferũtur : græce dicit᷑ p puerbium οιλι πολοσαρα.i.oedipodis imprecatio:meminit huius diræ deuotionis paternæ in filios. & ſtatius i pmo thebaidos . ubi oedipus talia ipcat᷑.l.media in fratres gñis cõſortia ferro diſſiliãt datartarei regina barathri qđ cupiã uidiſſe nefas. DEIErant:ualde iurãt de

Deiuriũ. Harpiæ.

iuriũ dicitur ius iurandũ. COMmunis diſpendi:damni quod utriq; fratrum cõmune erat. PAſtus electiles:eſcas pcioſiores. HARpiæ phineias dapes:ex lectione poetarum:& maxime uirgilii notum eſt quẽadmodum harpiæ menſas phinei archadiæ regis contactu in mundo & uentris illuuie fœdauerunt ciboſq; ei obcæcato.tantiſper inuolantes dirripuerunt donec expulſæ ab argonautis ad inſulas ſtrophadas confugere : quarum formam poeta graphice ſcienterq; deſcribit illis uerſibus uirginei uolucrum uultus fœdiſſima uentris proluuies:uincæq; manus & pallida ſemper ora fame.græce dicuntur ἀρπυιαι αρπακτικαι λαιμορεσ harpya græce rapina dicitur.unde & a rapacitare inditum nomen: ideo uolatiles figurãtur:ꝙ omnis rapina teſte fulgentio ad uolandum ſit celerrima.Tres uero tradũtur:quia primum ſit aliena concupiſcere:ſecundum concupita inuadere.Tertium celare quod inuadit.Apollonius duas tantum eſſe tradit:eaſdem iouis canes nec non & furias eſſe tradunt: unde etiam epulas abripere dicuntur:quod eſt furiarum:hinc elegãter Oratius dixit gulam dignam rapacibus harpyis intelligi uolens Gulones eſſe dignos:quibus harpyæ furtim inuolantes edulia ſubriperent : in ipſo edendi deſiderio & epularum apparatu:ſicut phineias dapes diripiebant.αρπαζω græce eſt rapio.ἀρπαγη rapina. ἀρπαξ rapax hinc Plauto dictum aurum arpagatum.pro furto ſubductũ.item arpax amor pro

Aurum arpagatũ Harpagones.

rapax:homerus harpyarum uocabulo procellas ſcite nuncupat.harpagones ex eadem origine dicũtur manus ferreæ:ſiue inſtrumenta uncinum habentia quibus naues capiuntur continenturq;. LIBERAlibus cænis:Largioribus & homine libero dignis. AFFAtim:Large abunde copioſe aduer-

Affatim.

bium eſt:quod auctore Gellio prima acuta pronunciatur:iungitur cum genitiuo. ut affatim lignorũ eſt apud Liuium.& apud Plautũ.aliorũ eſt affatim qui faciant. OBESA pinguitie:Pingui pinguitu

Pinguities. Obeſus. Aruina.

dine:pingue pinguedo pinguitudo pinguities in eodẽ ſignificatu ꝗndifferẽter a doctis uſurpãt᷑ errorẽ ſeruianũ euidenter refellimus in notis ſeruii tradentis neq; pinguedinẽ neq; pinguitudinẽ eẽ latina uocabula.de obeſo iam diximus.qđ neuius pro gracilento poſuit.cũ in uſu quotidiano ſit pubeti & pingui dicit᷑.n.obeſus.quaſi ob edendũ pinguis factus. ARVIna ſucculenta:Succoſa pinguedine aruina eſt pinguitudo & pprie eſt id durũ pingue:qđ eſt inter cutẽ & uiſcus.ut ex auctoritate Suetonii docet Seruius enarrãs illud Maronianũ aruina pingui ſubigũt in cote ſecures arbilla priſcis dicta eſt aruina.i.pinguedo corporis apud Liuiũ memoratur Cornelius cognomento aruina opinor credo a corporis ſucculenta pinguitudine.Lucianus de hoc ſcribens inquit . σωμακαλορ ἐγεγορει.καὶ τοδερμα επαρθουση τητριχι απεστιλβορ ideſt corpus pulchrum mihi factum eſt corium florenti pilo relucens . VASTItate tergoris : obeſitate dorſi . Lucianus . μεγαρμε καιπιοραορωρτσε ideſt magnum me pinguemque cernentes. MOLLIueram : Molle leuigatum lucidũ reddiderã qualis fieri ſolet ex pinguitudine. FOEnũ: Lucianus dixit ordea.hoc eſt τακριθιδια.

VElut

VElut balnea petituri:Et græco ωσ ειϲ τοβαλαριοῥ απιῥτεσ hora autem balnei erat pomeridia
na. PER cauernam:Lucianus προσβαλορτεσ οπη τιῥι ταομματα τησ θυρασ ideſt apponen
tes oculos ad hoſtii cauernam/græce οπη dicitur cauerna:Vnde opobalſamum dici autumat egeſip Opobal/
pus in quarto.quoniam per οπασ ideſt cauernas diſtillat paulatim humor balſami inciſis uirgultis ſamum.
nam & plinius quoq; refert incidi uitro lapide oſſeis ue cultellis ramos balſami. ſuccũq; e plaga ma/
nantem colligi lanis/quem opobalſamum uocant.proinde uel a cauerna quæ græce οπυ uel a ſuc/
co qui οποσ dicitur/opobalſami nomen deductum eſt. HEbetis iumẽti.Tardi aſini. LIberalis ca/
chinnus:Solutior riſus'.Eſt autẽ cachinnus uerbum ſecundũ ono matopoeiam fictum a ſono riſus
Quod & porphirio interpres ora/ tiaus tradit. COgnito:Cum co/ gnouiſſet quam ob rem tam effu ſe rideret. Aduſq; inteſtinorum dolorem:Expreſſit rem naturalẽ: & pene quotidianam/ut ſcilicet homini ex nimio riſu liberaliori/ q; cachinno doleant inteſtina/co gaturq; impoſitis ad ſiniſtrum la/ tus manibus coercere exultantẽ dolorem:& enĩ lyen q & ſplen di Lyen.
citur domicilium riſus eſt in ſini/ Splen do
ſtro latere:& ut auctor eſt plinius miciliũ.
noſter intemperantia ioci & riſus conſtat lyenis magnitudine:hic illud perſianum ſed ſum petulan ti ſplene cachinno ſunt qui putẽt exempto lyene adimi ſimul & ri/ ſum.in eodem ẽ peculiare curſus impedimentum quãobrem inu ritur curſoribus laborãtib⁹. CO ram arbitratur:Præſens ſpectat: nam ut inquit plautinus miles: pluris ẽ oculatus teſtis unus q̃ au riti decem. REnidentis:Modo arridentis alias ſplendẽtis. GAV dio præſentium.Cum præſentes gaudibundos uiderem/ob id ip/
ſum alacrius ſecuriuſq; humanas dapes eſitabã. DVci me iuſſit.Luciãus.κελευει μεειϲο ἀγεσθαι
ειϲ τοεκειῥουσυμποσιοῥ επειτατραπεζαῥ μοι παραθειῥαι.i.iubet me duci in conuiuiũ.&
menſam apponi. Illibata:Signat neq; ſemeſa edulia:neq; reliquias ciboꝝ ſibi appoſita fuiſſe.ſed fer/
cula integra:intacta inguſtata/qualia ſcilicet ipſi domino apponunt. BELlule ſuffarcinatus.Bene
fartus ac diſtentus largitate eſcaꝝ belliſſimaꝝ.Sic enim Terentius ex perſona ſerui unũ quodq; quod Belliſſi/
quidẽ erit belliſſimũ carpã:qđ exponẽs Donatus proprie belliſſimũ dici ait.unde & hm̃oĩ ad irritandã mum.
gulã cibi bellaria dicunt.bellule autẽ diminutiuũ aduerbiũ eſt a bene.qđ facit belle & bellule. ESVri Bellaria.
enter.Famelice auide aduerbiũ eſt.ab eſurio ut a ſitio ſitienter. ABhorreret aſinus:Cuiq; animãti ut Bellule.
docet ariſtoteles in.x.ethicoꝝ.eſt ꝓpria uoluptas & ſua:qđ intuenti facile liquet/uidemus enim aliã Cuiq;
eẽ uoluptatẽ equi aliã aſini.aliã hominis/proinde ſcite inquit Heraclitus.ορουσ συρματα αρελεσ animan/
θαι μαλλορ η χρυσορ/ηλιορ γαρ χρυσου τροφη ορoισ:ideſt aſinos magis fœnũ optare q̃ auꝝ ti ſua uo/
& aſinis pabulum eſſe auro dulcius.Verum huic noſtro aſino non fœnum & ordeaceum pabulum luptas.
tam cordi erat.q̃ humanæ dapes:& ganeata cibaria:quibus naturaliter abhorret palatum aſininum. Craſſus
Craſſum illum/qui agelaſtus eſt cognominatus ob frontem ſeueriorem:& mores auſteriores riſiſſe agelaſtus
ſemel in uita.Lucillius ait.cum aſinum uidiſſet carduos comedentẽ.de quo dictum eſt feſtiuiter.ſimi ſemel
lem habent labra lactucam. LAſere infectas.Præcioſo ſucco cõditas/laſerpiciũ uirgultũ eſt clariſſimũ riſit.
qđ græci ſilphion uocant.in cyneraica prouincia repertũ:hinc Catullus cyrenas laſerpiciferas cogno Laſer.
minat:huius ſuccum uocant laſer magnificum.in uſu ciboꝝ medicamentiſq;:& ad pondus argenti Silphion
denarii penſum.de quo multa plinius noſter uolumĩe undeuigeſimo.apud auctores græciæ euidẽ/
tiſſimos inuenitur cæſarẽ dictatorẽ initio belli ciuilis inter aurũ argẽtũq; ꝓtuliſſe ex ærario laſerpitii

uelut balnea petituri:clauſis ex more foribus:per quã
dam modicam cauernam rimantur me paſſim expoſi/
tis epulis inherentem:nec ulla cura iam damni ſui ha/
bita:mirati monſtruoſas aſini delicias:riſu maximo
dirumpuntur:uocatoq; & altero:ac dein pluribus cõ
ſeruis demonſtrant infandam memoratu hebetis iu/
menti gulam:tantus deniq; ac tam liberalis cachinnus
cunctos inuaſerat:ut ad aures quoq; prætereuntis per
ueniret domini.Sciſcitatus deniq;:quid bonũ rideret
familia:cognito quod res erat:ipſe quoq; per idem pro
ſpiciẽs foramẽ:delectatur eximie:ac dein riſu ipſe quo
que latiſſimo aduſq; inteſtinorũ dolorẽ redactus:iam
patefacto cubiculo proxime conſiſtens:coram arbitra
tur.Nam & ego tandem ex aliqua parte mollius mihi
renidentis fortunæ contemplatus faciem gaudio præ
ſentium:fiduciam mihi ſubminiſtrante:nec tantillum
commotus:ſecurus eſitabam:quoad nouitate ſpecta/
culi lætus dominus edium duci me iuſſit:immo uero ſu
is & ipſe manibus ad tricliniũ perduxit:mẽſaque poſi/
ta oẽ genus edulium ſolidorum:& illibata fercula iuſ
ſit apponi.At ego q̃q̃ iam bellule ſuffarcinatus gratio
rem commendatioremque me tũ ei facere cupiens:eſu
rienter exhibitas eſcas appetebam.Nam & quid potiſ/
ſimum abhorreret aſinus excogitantes ſctupuloſe:
ad explorandum mãſuetudinem id offerebant mihi:

pondo.c.x.eſt radice multa craſſaq; caule ferulaceo.quo homines ueſcebantur decocto aſſo.elyxoq;
Laſerat⁹. laſer hoc eſt ſuccus duobus modis capiebatur radice & caule.Vnde indita nomina rhizias atq; cauli-
pullus. as.Laſeris in condituris meminit frequenter apicius.a quo pullus laſeratus dicitur laſere perfuſus:
Laſeratū. idem laſeratum abſolute appellat obſonii genus.quo laſer cyneraicum cum aceto & liquamine diſ-
Opus cy ſoluendum eſſe præcipit.Inde laſerpitiatum acetum dictum.quo quidam lentem reſpergunt cā diu-
renaicus. turnitatis.Palladius in tertio laſer appellat opon cycenaicum quaſi ſuccum laſerpitii a cyrenaica pro
uincia dictum.& ita ſāe græci uo-
cant: noſter plinius in .xxii. dixit
laſer eſſe inter eximia naturæ do-
na numeratum:quod plurib⁹ cō-
poſitionibus inſeritur . cōcoctiōi
plurimum cōferre ſenibus & fœ-

carnes laſere īfectas:altilia pipere īſpſa : piſces exotico
iure perfuſos. Interim conuiuium ſummo riſu per
ſonabat.Quidam denique præſens ſcurrula:date inqt

minis traditur:hyeme q̄ eſtate utilius.ab egritudine recreationi efficax in cibo.laſerpitii meminit &
plautus in pſeudolo.his uerbis eo laſerpitii libram pondo diluunt.de laſere mentio quoq; eſt apud
Altilia. columellam.qui id a græcis ſiphion uocari tradit. ALtilia.Hoc nomine ſignificantur.quæcunq; in
Saginari ſaginario alimus cauſa pinguitudinis ab alendo dicta.eſt autem ſaginarium locus ſaginæ accōmo-
um. datus:lege.cai.fannii ſumptuaria interdictum eſt.ne quid uolucrum proponeretur præter unam gal
Altilius linam quæ non eſſet altilis . ut refert plinius in.x.qui altilem gallinam uocat:quam Tertullianus ſa
ſanguis. ginatam.cochleas altiles inſtruxiſſe ganeam teſtantur auctores-altilem ſanguinem ut altilia *dixit*
Macrobius non qui alitur ſed qui alit quaſi alētem corpora.Seneca in epiſtolis moralibus carpit ī fa
mulicio lautorum haberi ſeruum.ad hoc tantum:ut altilia decenter ſecet:& ut circunferens eruditā
Dos alti- manum precioſas aues in fruſta excutiat.altile non ſolum pingue ab alendo.uerum etiam pro opu
lis. lento dixit antiquitas.ſicut a plauto dicitur dos altilis & opima.pipere autem inſpergi eſculenta præ
fecti popinæ ganeæq; docuerunt:placet autem piper in obſoniis ſola amaritudine quæ & in indos
petitur.Quis ille ut plinii uerbis utar qui primus cibis experiri uoluit aut cui in appetenda auiditate
eſurire non fuit ſatius:genera piperis plura longum candidum nigrum & rotundum:facillime *adul*
Piper. teratur piper longum alexandrino.ſinapi piper appoſitum cuti forinſecus exulcerat. deuoratum ue-
Piperitis ro nullam uentri infert leſionem:inter hortenſia eſt herba reddens piperis ſaporem ob id piperiditis
nomine accepto.quā & ſiliquaſtrū uocant:piper rotundū & longū urinā mouet- uerū ut inquit ariſto
Piper ci teles & problematis encycliis piper ueſicā quidē ſoluet ſi large ſumat᷑-ſed ſi parce aluū-e diuerſo ſcamo
turinam nea large ſūpta aluū ſoluet-modice ueſicā.uina fiunt pipere & melle addito.quæ alii condita alii pipe
Scamo rata appellant noſtri municipes inter embāmata & liquamina ſciri ſaporis:habent id quod piperatū
nea aluū. uulgo uocāt:cōpoſitū ex ſapa & melle atq; aromatibus:una diſcoctis. EXotico iure perfuſos:pegrio
Piperatū. liquamīe madētes ī uſu mortaliū prīo aſſa ſcđo elyxa.tertio iurulēta fuerūt:ut docet.M.Varro aſſum
Aſſum. dictū ꝙ ab igni aſſudeſcit:ſuadādo.n.aſſum diſtillat calore-qdā aſſum dici ex eo īterp̄tāt᷑ ꝙ ſine pigmē
Aſſa uox to ſaporis aliēi ī obſoniis īferebat᷑:aſſum.n.ſolū ueteres dixere:unde & aſſa uox noīat᷑ ore ꝓlata nō ad
Elyxum. mixtis aliis muſicis uocibus.M.Cato refert melos eē bipartitū unū qđ ē in aſſa uoce alterū qđ uocant
Iurulen organicō:elyxū uero nūcupamus qđ ex aqua decoctū ē:nā lyxā aquā ueteres dixerūt:unde & lyxe dicti
tum. miniſtri militares:q aquā ad tētoriā ſolēt ferre iurulētū āt a iure dici noīe ipſo ſignificat᷑:qđ & iuſſulētū
appellari poſſe teſtis ē Lucius noſter:q ī apologia ſcripſit hæc-oſtēdit qualiter aſſus aut iuſſulentus pi
ſcis optime ſapiat.iuuēalis iurulēta piphraſticos denotat illo uerſu.& eodē iure natātes mergere fice-
dulas didicit nebulōe parēte:res iurulēta magis alit q̄ aſſa:oīa iurulēta aliēa ſūt ſtomacho:ut memorat
Cor.celſus ī ſcđo:q iurulētū quodq; facile ītus corrūpi tradita:a quo id quoq; ſcribit᷑ ꝙ calefaciūt pip.
ſal.caro oīs iurulēta.qđ ex iure decoctū ē ut iqt Varro iucūdū magis ē cōditōe ſucci iura apitii:& paxa-
mii īter irritamēta gulæ:& īſtrumēta luxuriæ popinarūq; delitias munerat Diuus Hieronymus libro
prīo cōtra iouinianū.ius āt & cū p̄toriū ſit & coquinū:hic amphibolō illud exiit a.M.Tullio ego quoq;
iure fauebo.& illud-ius uerrinum nequā-a.M.Varrone in tertio de re ruſtica decenter dictū . ſic hoſce
piſces nemo coquus ī ius uocare audet:græce ζωμοσ dicit᷑ ius:unde & ζωμοποιοσ dictus coquus
nomine autē iuris exotici.i.externi:uidet᷑ ſignificari liquamē gari & olei.ſic.n.ſcribit Lucianus ζωμο
υσ ιχθυσ μεργαρο και ελαιωκα τακειμενουσ.i.iura piſces Garo oleoq; perfuſos:oxygarū quoq;
Oxygarū inter liquamina celeberrimū eſt ex aceto.garoq; cōmixtū.plautus.male olere ait:cū una multa iura cō
fundit coquus.de iure nigro lacedæmoniorū quod illi uocant ζωμορ μελορ copioſe ſcripſi in cōmē
tariis tuſculanarū-quod cū olim Dionyſius guſtaſſet aſpernatuſq; eſſet:tum coquum ſcite dixiſſe ferūt
Ius nigrū minime mirū ſi Dionyſius illo iure delectatus nō eſſet cōdimēta enim defuiſſe & cum ille queſiſſet.q̄
laconicū. tum coquus labor inquit in uenatu ſudor curſus ab eurota . fames ſitis his enim cōdimentis lacedæ
Scitum moniorū epulæ condiuntur. SCVRrula:Diminutiuū ſcurræ eſt ſcurrula.græci βωμολοχουσ uo
coqui. cant:qui a noſtris ſcurræ dicuntur.de quibus multa ſuidas:eſt autem ſcurra: a ſequendo dictus hinc
Scurra. ſcurrilitas & ſcurriles ioci & ſcurrilis q̄ alieniſſima ſunt perſonæ oratoris:ut M.Tullius & Quintiliāus
Planus. docent antiqui planos dixere ſcurras.quaſi ſeductores:qua dictōe.M.Tullius. Gellius Oratius laberi-
us uſitati ſunt. RIſu perſonabat:græce.τοδεσυμποσιορ εκλορειτοτω γελοτι.

ſodali huic quippiam mei: quod dictum dominus ſecutus. Non adeo reſpondit abſurde locutus es furcifer: ualde enim fieri poteſt: ut contubernalis noſter poculum quoque mulſi libenter appetat: & hemus ait puer lautum diligenter ecce illum aureum cantharū mulſo contempera: & affer paraſito meo: ſimul ꝙ ei p̄biberim commoneto: ingens exin oborta eſt epulonū expectatio: nec ulla tamen ego ratione cōterritus ocio ſe ac ſatis generaliter contorta in modum linguæ extrema ladia: grandiſſimum illum calicem uno hauſtu ꝑhauſi: & clamor exurgit conſona uoce cunctorū ſalute me proſequētiū: magno denique delibutus gaudio dn̄s: uocatis ſeruis ſuis: emptoribꝰ meis iubet q̄druplū r̄ſtitui p̄ciū: meq; cuidā accepiſſimo liberto ſuo: & ſatis

SOdali. Aſino quem merito ſodalem uocat: qua ſimul eſitantem: nam ſodales ex eo dicti: quod una
ſederent: & eſſent ideſt ueſcerentur: græce. ϭυσσιτοσ. dicitur de ſodalitatibus: & ſodalitiis: quæ græ
ci συσσιτα uocant affatim ſcripſimus in tranquilli commentariis. Sodalitii crimen in lege ambitꝰ Sodali.
fuiſſe plectibile Docet Marcus Tullius in oratiōe pro plancio. CONtubernalis: Modo ſodalis: mo
do contubernalis eleganter & ſcite aſinus ex domini menſa ueſcens appellatur. MVLſi. Potio gene Mulſum
roſa eſt ex uino melleq; confecta. de quo ſunt ſcriptorum omnium plena uolumina emp mulſū ex
uetere uīo utiliſſimum facillime
que cum melle corporatur: ex au-
ſtero factum non implet ſtoma-
chum aluum mollit frigido potu
calido ſiſtit: corpora auget: multi
ſenectam longam mulſi tantum
nutricatu tolerauer̄. neq; ullo alio
cibo celebri pollionis romuli exē
plo: quem centeſimum annum
excedentem cum diuus Augu-
ſtus hoſpes iterrogaret quanam
ratione maxime uigorem illum
animi corporiſq; cuſtodiſſet ille
reſpondit intus mulſo foris oleo
dicimus & per adiectiuū lac mul-
ſum acetum mulſum. quod mel- Acetum mulſum
le concinnatum eſt. aceti mulſi
crebra mentio apud plinium: hic promulſis.
promulſis obſonii genus de quo
M. Tullius promulſide non me promulſidaria.
conficies hinc promulſidaria uaſa dicta mulſo promulſidiq; accommodata: iuriſconſultus innuere
uidetur promulſidaria fuiſſe uaſa non tam ad continendum: q̄ ad ſuſtinendum. Vlpianus auctor ē
mulſum appellatione uini non contineri. græce μελικρατοσ. HEmus. Lego heus ut fiat ſenſus
illuſtrior. ſitq; aduerbium uocandi. PAraſito meo ſcite aſinum paraſitum ſuum appellat: qui in con paraſitus
uiuio obibat munia paraſitica: ſunt auctores qui paraſitos apollinis Mimos appellant. quod & epigrā
matiſta ſentire uidetur qui ex perſona latini hiſtrionis ſic inquit. & me laurigeri paraſitum dicite phe paraſitari
bi. A Plinio inter uolucres aſio ſiue otus auis paraſita dicta eſt: cum ſit imitatrix & quodā genere ſalta
trix. proprie paraſitus dicitur qui cibi cā ridicula & dicit & facit uiuitq; ad alienū nutū: unde & nomen Ars paraſitica.
a paraſito paraſitatio dicta & ſupparaſitari plautinum uerbū eſt quod ſignificat ſubſeruire: & ſubaſſen
tari. quod prope officium eſt paraſitorū: qui in comediis edaces deſcribuntur: quorū deus uenter eſt:
quorū uoratrinā & mores & dicta ridicularia unus omniū ſcitiſſime plautus expreſſit. Lucianus libel
lū condidit feſtiuiſſimū de paraſito ubi docet artē eē paraſiticā eāq; iucundiſſimā cuius finis ſit ευδαι-
μονια. i. fœlicitas: priſci paraſitos dixere. λαιτυμοναϲ quaſi conuiuas. idē Lucianus refert patro-
Baxeæ. eſt de quo dictum eſt.Neq; una pelle ueſtitior neq; uno baculo comitatior. BAxeæ.Dicuntur crepi-
dæ & calciamina philoſophica uocabulo minime protrito minimeq; triuiali quod apud ſcriptorem
alium non temere reperias.Idem in floridis loquens de calciatu philoſophico ſic inquit ueſtē de tex
terna emere/baxeas iſtas de ſuterna præſtinare.Itē in ſecundo huius operis uolumine dixit prophe
Locus tam palmeis baxeis pedes indutum eſſe.ex hac Apuleiana doctrina cum plautum iam pridem pro
plauti. fiteret correxi opinor rectiſſime mendoſam dictionē ex menechmis. Vbi ſic paſſim legitur.quis iſte
eſt peniculus qui extergetitur bexe. Ego fidenter & plauſibiliter monui ut in locum bexe. quod uo-
Pēiculus cabulum eſt caſſum & nihili ſubſtitueretur baxeæ.dictio uetus & ad ſententiam Plautinam mire fa-
ſpongia. ciens/nam alludens ad nomen peniculi quod genus ſpongiæ eſt: quo baxeæ ideſt calciamenta ho-
dieq; extergentur feſtiuiter dixit ex perſona menechmi ignorantis peniculum paraſitum nō noui
inqt alium peniculum.q̃ illum quo calcei extergentur fiuntq; nitidiores puluere deterſo.intelligens
ſpongiā:quæ peniculus uocatur & eſt inter cæteras molliſſima:de qua Plinius copioſiſſime in.xxxi.

HIRcino

&hircino barbicio philoſophum fingeret. Nec qui diuerſis arundinibus. Alter aucupem cum uiſco: alter piſcatorē cū hamo iduceret. Vidi & urſā māſuē: cultu matrōali ſella uehebatur. & ſimiā pileo textili: crocociiſq; phrygiis catamiti paſtoris ſpecie: aureum geſtantem poculum: & aſinum pinnis adglutiātis adambulantē cuidam ſeni debili: ut illum quidem Belleropontem. hunc autem diceres Pegaſum. tamen rideres utrunque. Inter has obligationes ludicras populariū quæ paſſim uagabantur: iam ſoſpitatricis deæ pecularis.

HIRcino barbicio. Hircina barba porrecta ſcilicet & promiſſa ad ſimilitudinē barbæ hircorum: quos Hircinū barbitiū.
barbigeros eſſe conſpicimus. plautus in pſeudolo heus tu qui cum hirquina ſtas barba reſponde qd
rogo. pili uiris creſcunt plinio teſte maxime in capite mox in barba reciſi non ut herbæ ab cætera inci
ſura augentur ſed ab radice exeunt. oīum caprarū mento dependet uillus quē aruncū uocant: hoc ſi
quis apprenſam ex grege unā trahat. cæteræ ſtupentes ſpectant. eos autē qui philoſophi uideri uolūt
barbatos conſpicamur barba ad pubē uſq; porrecta. tāq̄ barbiciū illud faciat ſapientē: uerū nō oīs barbatus eſt ſanctus: nō oīs diſcalciatus integer. deniq; nō oīs cū ſacerdotali ueſte eſt ſacerdos cum ſæpe
ſub tali habitu flagicioſiſſimi nequiſſimiq; deliteſcant: de quibus
dici poteſt doloſi hoīes doloſa ueſtimenta: proinde Hieronymus Doloſi hoīes doloſa ueſtimenta.
ſalubriter præcipit Euſtochio: ut
uiros illos fugiat quorū fœminei
ſunt crines: & hircorū barba nigrū
palliū & nudi impatientia frigoris
pedes. CVM fiſco. Lege cū uiſco
obrepſit enim miutulus error uitio linguæ barbaricæ. DIuerſis
harundinibus. piſcatoria & aucupatoria: namq; harundines. aliæ ſeruiunt piſcatoribus. aliæ aucupibus. plinius in. xyi. utriuſq; generis
meminit hiſce uerbis aucupatoria harundo a panormo laudatiſſima piſcatoria abaritana ex aphrica Aucupatoria & piſcatoria harundo
calami aucupatorii græco uerbo uocantur ixeutæ. CVM hamo. Hamiotas. & hamotrahonas dixe
re antiqui piſcatores ab hamo. unde hamata numera captatoris decenter dicta· quæ inſidioſa ſunt. &
hamos imitantur. MANſuem. Manſuetam. ſic ueteres loquebantur. ut ſupra annotauimus. ſic &
plautus: reddam te ex fera fame manſuem uel ut alii codices habent manſuetem. CVLtu matrona Hamiote
li. ſpectaculum prorſus ludicrum. & ridiculum urſam uehi in ſella ornatu matronali. haud abſimile ē Hamotrahones
illud oratianum. ſiquis lectica nitidam geſtare amet agnam. huic ueſtem ut gnatæ paret ancillas pa
ret aurum. SImiam pileo. ſæpe & apud nos inter oblectamenta oculorum exhibitæ ſunt ſimiæ ueſti De ſimiis
tu & calciatu ludibundæ. quæ maxime hominum imitatrices ſunt & paraſitæ: cum opere preciū ſit ni Cercopithecus.
hil omittere de ſimiis. iſta produntur. uenatores imitatione calciari geſtiunt: ob hoc illi inungunt la
queos uiſco. quo oculos oblinūt: & ita capiunt. amant fœtus immoderate exultāt noua luna: Triſtes Callitriches.
ſunt cornuto & concauo ſidere cercopitheci caudas habent: unde & nomen. cynocephali & ipſi ſunt
in numero ſimiarum. quibus efferatior natura eſt: ſunt & ſatyri mitiores. callitriches. & facie barbam
habent: unde a pulchritudine barbicii ſic dicti. refert poſſidonius ſe uidiſſe ſiluam quandam ſimiis ple
nam: quarum aliæ ſuper arboribus aliæ in terra ſederent nonnullæ catulos haberent: & ubera pen
dentia nonnullæ etiam caluæ. quædam hernioſæ conſpectæ cum riſu ſunt. de ſimia ennius ſimia q̄ Pithecuſæ unde.
ſimilis turpiſſima beſtia nobis. græci πιθηκορ dicunt: unde pithecuſis inſulæ inditum nomen Quidā
exiſtimauere a multitudine uidelicet ſimiarum: ad quem intellectum Ouidianus uerſus referri ſolet
colle pithecuſas habitantum nomine dictas. uerum plinius in tertio opinionem hanc refellit ſcribēs
pithecuſam inſulam dici a græcis: non a ſimiarum multitudine. ſed a figulinis doliariorum. græci. n.
πιθοσ dicitur dolium. illic enim doliarii opifices dolia & figulina opera peculiariter conficiebant. & Doliarii.
ita Ouidianum carmen ut congruat cū pliniana ſententia poterit exponi. ut a nomine habitantum
exponas a nomine doliariorum. de hoc tamen opinetur. ut cuiq; libitum erit. prouerbium eſt apud
græcos cuius meminit & ſuidas γερωρ ο πιθηκοσ ουκ ἁλισκητα. ideſt ſenex ſimia non capitur.

CROcociis phrigiis. purior dictio crocotis. ſunt enim crocotæ & per diminutionē crocotulæ ueſtes
crocei coloris quarum infectores crocotarii dicuntur. in aulularia incedunt infectores crocotarii. De
his ſupra ſcripſi. CAtamiti paſtoris. Dicit ſimiam crocotula ueſte indutam geſtaſſe poculum ad iſtar Hydrocoos.
Ganimedis. qui catamitus eſt iouis & pollicitator: quem in cælo aquarium eſſe fingunt poetæ & græ
co uocabulo hydrochoō uocant. catamitos dici pueros meritorios & concubinos ſat notum catami
tum iouis eſſe Ganimedem nemo non nouit: quem hoc in loco paſtorem uocat ſicuti ſupra: ruſticū
nominauit. ut uiridiculi ſint illi qui ſinceram lectionem interpollantes pro ruſtico puero corrigūt rhe
teum tanq̄ Ganimedes dicendus ſit rhoeteus hoc eſt phrygius & non ruſticus: intoleranda eſt quorū Ruſticus ganimedes
dam male litteratorꝝ licētia. qui nō tā explicāt q̄ implicāt nō tam corrigunt q̄ corrumpunt priſca uolu
mina. cuiuſcemodi homines magis obſūt q̄ proſunt latinæ linguæ. igitur Apuleius ſibi cōſentaneus
& concors Ganimedem ſcite ruſticum appellat: quem hic paſtorem dicit. nam ſi paſtor conſequenter
& ruſticus. ASInum pinnis agglutinatis. Ad repreſentandam bellorophontis fabulam. pro pegaſo
equo uolatico inductus eſt aſinus cum pinnis annexis. pro bellerophonte ſenex. ut res eſſet ſpectati
or ridiculoſiorque. de bellerophonte ſuo loco. ſuperius explicata ſunt omnia.

POMpa:Olim apelles pinxit megabyſſi ſacerdotis dianæ epheſiæ pompam. SOſpitatricis deæ.lunam intelligit.ſiue iſidem deam illam multinominam:quæ merito ſoſpitatrix uocatur.cuius nutu & numine cuncta ſoſpitantur in terris cuncta uiuiſcunt. CANdido amicimine: ueſtitu. dicuntur autē hæc per rhetoricas exornationes.quibus nomina ſunt omioteleuta omioptota iſocola latine dicunt

Amiciñ. ſimiliter cadens ſimiliter deſinens & compar. VERno coronamine.coronis uerno flore contextis. flores ita diſtinguit plinius.ut alios uernos.alios æſtiuos appellet:illa quoq; nō omittenda differētia. odoramentorum multa. nihil ptinere ad coronamenta. NItentibus.lucidis. POne. poſt tergumī a tergo.dicit autem fuiſſe quaſdā mulieres.quæ a tergo geſtabāt ſpeculum.ut ita pompaticum miniſterium conuiſeretur. REuerſus ideſt retro uerſus.& a tergo poſitiſ uel lege reuexis.pro retro inclinatis.obliquatiſq;. PEctines ferentes.Auguſtinus in .yi. de ciuitate dei.& ante Auguſtinum Seneca ſuperſtitionem Ethnicorum illudentes ſcribunt in hanc ſententiā conducenter.ſunt quæ iunoni ac mineruæ capillos diſponant longe a templo non tantum a ſimulacro ſtantes digitos mouēt:ornātium modo . ſunt quæ ſpeculum teneant:ſunt quæ ad uadimonia ſua deos aduocent:ſunt qui libellos offerant.& illos cauſam ſuam doceant. OBpexum.pectinatio

Obpex°. nem . nomen eſt quarti ordinis: nam a pectendo pexus & per cōpoſitionem obpexus dicitur:ſignat autem fuiſſe in pōpa iſiaca quaſdam mulieres quæ uicem ornatricum implentes fingerent ſe pectinibus pectere crines reginæ iſidis. GEniali:uoluptario & ad genialia obeunda accommodatiſſimo. SIderum celeſtium ſtirpem & populum ſtellarū numeroſiſſimū: quæ cum igneæ ſint ardentiſq; naturæ merito propiciantur flammis:flammiuomiſq; inſtrumentis.

Sympho nia. SYMphoniæ.annotandum a noſtris ſymphoniam penultima correpta enunciari:contra uulgi pducentis conſuetudinem hoc docent cum cæteri.tum Oratius ſcribens.tum gratas inter menſas ſym

Sympho niaci. phonia diſcors.ſymphoniam noſtri concentum interpretantur inde ſymphoniaci dicti cantores muſici quorum mentio apud auctores. LEctiſſimæ:electiſſimæ. VEſte niuea & cataclista:homines quo

Cataſtli pueri. rum nominibus parco in ætate noſtra alioquin doctiſſimi locum hunc Apuleianum ita legebant. Chorus cataſtlita exponentes chorum cataſtlitam dici ex cataſtlis pueris conſtantem . cataſtlos autē

Catacli ſta ueſtis pueros eē dicebant formoſos:& egregie canentes.quorū Victruuius meminiſſet in.viii.& in hoc interpretamento ſibimet applaudebāt tanq̄ Gordianū nodū diſſoluiſſent.quibus nos plane permittamus ut ſe ament & ſua nos certe riuales nō habebunt.cæterū ut cōmentationes noſtras aſſeramus citra alienam inſectationem.ſcito catacliſtam dici ueſtē undiq; clauſam quales hodieq; noſtri ſacerdotes in pompa ſacrificali induunt:dicit̄ autem catacliſta uerbo græco κατακλειω:quod ſignificat claudo alii deducere malunt a κατακλαω.quod eſt frango.tanq̄ ſit ueſtis ſine manicis mutila quam & colobiam uocant:antiqui enim quod & ſeruius grāmaticus memorat.colobiis utebant̄. & ut auctor eſt Gellius tunicas citra humerum deſinentes ſiue manicis habebant:quod genus græci dicant:εξω

Colobia. μιδασ.nam tunicæ manicatæ nō ſine probro habebantur colobia autem ut id quoq; explicemus ueſtimenta appellant mutila ſine manicis:& quaſi trunca.a uerbo græco κολοβοω.legimus in decretis canonicis quod paulus primus heremita in teſtamento colobium ſuum athanaſio Alexandrio Epiſcopo reliquit.ubi colobiū accipitur pro hoc genere ueſtis quod iam deſcripſimus.ſenſus autem Apuleii hic eſt chorus ſplendens & lucidus in ueſte candida & manicis carente ſequebatur pompam præcedentem & ita catacliſta erit ſeptimus caſus:& cum ueſte copulabitur.ſuidas auctot eſt catacliſtas dici θρονοσ hoc eſt ſedilia admenſam parata. SOLlers poeta:ut ſcribit Oratius . carmine dii ſuperi placantur:carmine manes:poſcit opem chorus & præſentia numina ſentit:olim cū Auguſtus Cæſar celebraret ſeculares ludos.cantatum eſt orationum carmen a uirginibus pueriſq; prætextatis:liuius quoq; andromicus poeta quondam carmen cōpoſuit . qd Romæ in ſacrificiis cantauerunt. QuoD argumentum.Carm ine poetico.Argumentum feſtiuitatis & pompæ totius referebatur.

pompa moliebatur.Mulieres candido ſplendētes amicimine:uario lætantes geſtamine:uerno florentes coronamine:quæ de gremio per uiam: qua ſacer incedebat comitatus:ſolum ſternebant floſculis.Aliæque nitentibus ſpeculis pone tergum reuerſis : uenienti deæ obuium cōmonſtrarent obſequium .Et quæ pectines eburneos ferentes:geſtu brachiorum:flexuque digitorum ornatum atque obpexum crinium regalium fingerent.illæ etiam quæ cæteris unguentis & geniali balſamo guttatim excuſſo cōſpergebant plateas: magnus pterea ſexus utriuſque numerus lucernis/tedis cereis. & alio genere ficti luminis ſyderum cæleſtium ſtirpem propiciantes:ſymphonæ dehinc ſuaues fiſtulæ ; tibiæque modulis dulciſſimis perſonabant:eas amœnus lectiſſimæ iuuentutis ueſte niuea & catacliſta prænitens ſequebatur chorus . carmen uenuſtum iterantes:*quod* camœnarum fauore ſollers poeta modulatus edixerat quod argumentum referebat. Interim maiorum

antecātamēta uotorū. Ibāt & dicati magno ſerapi tibicies: q ꝑ obliquū calamū ad aurē porrectū dextrā: fāiliarē tēpli deique modulū freq̄ntabāt: & pleriqꝫ q faci lē ſacris uiā dari ꝑdicarēt. Tūc īfluūt turbæ ſacris diuinis iniciatæ: uiri fœmīæqꝫ oīs dignitatis & oīs ætatis

ANtecantamenta: ut anteloquia dicunt᷑ ꝑfamina ſic & antecantamenta ſunt illa quæ præcinunt᷑. ante uota & preces legitimas. MAgno ſerapi: apis rex argiuoꝝ tranſuectus in egyptū cū ibi mortuꝰ eſſet factus eſt ſerapis oīum maximus egyptiorū deus. Cur autē nō apis poſt mortē ſed ſerapis appellatus ſit. M. Varro. Auguſtinus. Euſebius. nvmpodorus rationē hanc reddiderunt: nā quia arca in qua mortuus ponit᷑ ſoros dicit᷑ græce: primo ſoros apis deinde littera una ut fieri ſolet cōmutata ſerapis dictus eſt: conſtitutū eſt etiā de illo: ut quiſquis eū fuiſſe hominē dixiſſet capitalē penderet pœnā: unde in omnibus templis ubi colebātur iſis & ſerapis erat etiam ſimulacꝝ quod digito labris impſſo admonere uideret᷑. ut ſilentiū fieret. utqꝫ taceretur eos homines fuiſſe dicebatur autem harpocrates ille ſilentii monitor de quo. M. Varro harpocrates digito ſignificat ſilentiū. plinius iam uero harpocratē ſtatuaſqꝫ egyptiorū numinū in digitis uiri quoqꝫ portare incipiunt: hinc Catullus ſilentioſum atqꝫ taciturniſſimū intelligi uolens ſcitiſſime dixit factū me eē puta harpocratē: de hoc intellexit & Ouidius illo uerſu. quiqꝫ præmit uocē digitiſqꝫ ſilentia ſuadet. ab auſonio dicit᷑ ſigalion a ſilentio ut opinor. σιγάω enim græce ſileo. καισιγн. ſilentium. idē. M. Varro ſerapin & iſim egypti deos eoſdem eſſe cenſet. cælum & terrā qui ut ſamothracū inicia docent ſunt dei magni multiſqꝫ nominibus nuncupantur apud alexandriā templū fuit ſerapidis opere fornicario conſtructū: & mira arte uiſendum: in quo ſimulacrū dei ita erat uaſtū ut dextera unum parietem. alterū leua perſtringeret: quod ex oībus generibus metallorum lignorūqꝫ cōpoſitum ferebatur: erat etiam dolis & arte cōpoſita feneſtra perexigua ab ortu ſolis ita aptata ut radius ſolaris per eam directus. os & labra ſerapis illuſtraret. ita ut in ſpectante populo oſculo ſalutatus ſerapis uideretur a ſole. erat & aliud ibi fraudis genus huiuſmodi ſimulacrū ſolis ex ferro fabrefactum in aere pendens uiſebatur. cum in laquearibus lapis magnes ſubtiliſſimo artificio intextus ui naturali ferꝝ ad ſe rapet: cogeretqꝫ ſimulacꝝ paulatim aſſurgere. atqꝫ in ſublime ſuſtolli quæ res inſpectores miraculo rei attonitos faciebat atqꝫ uenerabundos. Quidam ſerapim iouem putant. cuius capiti modius ſuperpoſitus ut indicet cum menſura modoqꝫ cuncta moderari oportere. alii genium nili eſſe autumant. cuius egyptus opibus & fœcunditate paſcatur. de origine ſerapidis Cor. tacitus non parum multa. Lactantius in primo hic eſt oſiris: quem ſerapin & ſerapidem uulgus appellat: lactantio ſubſcribit Marcianus in hymno ſic ſcribens. te ſerapin memphis nilus ueneratur oſirin. ſerapium & iſiūm appellat lampridius templum ſerapis & iſidis. in alexandro marcellinus ſerapium refert eminere inter egypti templa. ita exornatum: ut poſt capitolium nihil orbis terrarum ambicioſius cernat. PER obliquum calamum: obliquam tibiam intelligit: quā mydas in phrigia primus inuenit ſicuti monaulum mercurius: & geminas tibias marſias dicitur autem monaulō. ſingularis tebia & ſimplex. unde & nomen: de qua epigrammatarius. ſæpe duas pariter ſæpe monaulon habet. MOdulum: modulatum carmen. SAcris uiam dari: in pompa ſacrorum hodieqꝫ aliquot præficiunt᷑ qui iubeant uiam dari: ut pompa ſine offenſaculo pompabiliter procedat. ex inſtituto ſolemni. præterea præcones proclamare ſolebant. hoc agite: quo uerbo admonebant᷑ reliquis rebꝰ poſthabitis ſola ſacrificia curanda eē. illud quoqꝫ ob iter annotandum. placuiſſe maioribus loca uelari qua pompa ueheretur: ſicut etiam apud nos conuelantur cauſam refert. Verrius flaccus. ſcribit enī cum po. romanus peſtilentia laboraret. eſſetqꝫ reſponſum. id accidere ꝙ dii deſpicerentur. Anxiā urbē fuiſſe: quia nō intelligeret᷑ oraculū: eueniſſetqꝫ ut circenſium die puer de cenaculo pompam ſuperne deſpiceret: & matri referret: quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti: quod uehiculi genus eſt. compoſita uidiſſet quaꝛe ſenatui nunciata. tunc placuit loca uelis contegi: qua pompa uehi ſolet. atqꝫ ita peſte ſedata puer qui ambiguitatē ſortis abſoluerat prætextæ geſtandæ. munus impetrauit: ambiguitas autem oraculi fuit in uerbo deſpicerentur. nam qui audit quod dii deſpicerentur. ſtatim intelligit quod dii & cerimoniæ negligerentur haberenturqꝫ deſpicatui: cū tamē oraculū quod ſemper flexiloquum eſt & amphibolon. intelligi uellet ꝙ dii deſpicerētur. ideſt deorſum ex ſuperiore cenaculi parte aſpicerētur quod nefas eſt & ad pollutionem ſacrorum pertinet. unde & noſtri hodieqꝫ in pompa ſacrificali pueros & pꝫellas ex feneſtris uetant deſpicere hoc eſt ſuperne in locū inferiorū deſpectare.

INIciatæ ſacris. inter religioſos aſcitæ & cultui cerimoniarum dedicatæ. M. Tullius auctor eſt myſteria appellari inicia. quibus ex agreſti uita exculti ad humanitatem ſumus tanquam ea ſint uitæ principia. unde iniciari eſt ritu ſacrorum inſtitui. & ſacris diuinis aſcribi. idē. M. Tullius diligentiſſime iq̄t ſaciēdū eſt. ut iniciētur eo ritu cæteri quo romæ iniciantur. M. Varro ait ꝙ iniciis cereris porci imolantur. & quod iniciis pacis fœdus cū feritur porcus occidit᷑. dies inicioꝝ dicuntur a Liuio quibus ſolemnia ſacrificia celebrabāt᷑: quibus nefas erat itereſſe nō iniciatos. in alio ſignificatu notiſſimo iniciari ē inchoare: & auſpicari. Firmicus maternus uer iniciat᷑ cum primam arietis ꝑtem ſol fuerit ingreſſus.

Antelo quia.
Antecan tamenta.
Serapis
Soros
Harpo crates.
Locus ca tulli.
Sigalion
Simula crum ſe rapidis mirum.
Notabile
Serapiū. iſium.
Mōaulō.
Hoc agi te.
Dii deſpi cerentur.
inicia.

Lintea ueſtis ſacrificalis.

LINteæ ueſtis candore: orphei & pythagoræ placita laneū ueſtimentū in rebus diuinis ut prophanū ĩpurūq; uituperant. cū lineū uelamentū ut puriſſimū mundiſſimūq; maxime probent: unde nō mō indutui. & amictui ſanctiſſimis ægyptioꝝ ſacerdotibus ſed opertui quoq; in rebus ſacris uſurpabatur. ſcribit plinius libro undeuigeſimo. ueſtes ſacerdotibus ægypti lineas gratiſſimas eē. ex eo genere lini qđ xylon uocant. unde & dicta xylina. quibus nulla ſunt in candore mollitiaue præferenda. igit̃ cum

Iſiaci linigeri.

iſiaci ideſt iſidis ſacerdotes lintea ueſte prope peculiariter uterent̃. a poetis perpetuo epitheto linigeri cognominãtur. ſic Ouidius iuuenalis. Marcialis. ſic cæteri ore conſono appellitant. Apollonio tyaneo apud Domitianū principem inter cætera crimina. hoc quoq; accuſatores calumnioſi obiecerunt quod ueſtitu lĩteo uteretur: quod

linteæ ueſtis candore puro luminoſi. Illæ lympido tegmine crines madidos obuolutæ. hi capillum deraſi funditus uertice prænitentes; magnæ religionis terrena ſydera: æreis & argēteis imo uero aureis etiã ſiſtris

crimē diluens. ut futile & nugatoriū o diuine pythagora inquit tu pro me ipſo cãm dicito. pro his. n. in iudiciū uocor quoꝝ tu inuentor ego imitator ſum. pythagoras. n. ægyptioꝝ diſciplinã cūprimis laudãs linteis amiciri cōſtituit. & calciamēta ex arborib⁹ corticib⁹ fieri mãdauit ueſtitū illū ĩpuꝝ eē autumãs

Laneſtris ueſtitus.

qui ex morticina materia confectus geſtaret̃. ideo autem impurus ex lana ueſtitus ægyptiis ſacerdotibus & pythagoræ & mox Apollonio uidebat̃ quoniam ab animato decerpitur. & ex eo quidem aĩali quod inter cætera mitiſſimum eſt. linea uero ueſtis ideo pura habita eſt. & ſacrificantibus imprimis accommodata quoniam linum ex terra oritur. Quæcūq; autem ex terra naſcuntur munda & pura eē

Apollõius linteatus.

exiſtimauerunt. hæc & id genus alia apud philoſtratum memorat Apollonius. unde ſidonio data eſt occaſio appellandi Apollonium inter purpuratos linteatum. quid multa? non ne hodie quoq; noſtri ſacerdotes linteati linigeriq; in ſacrorum pompa incedere cōſpiciuntur? ritu opinor tranſlato ab egyptiis ſacerdotibus: de quibus hæc herodotus. ueſtibus amiciuntur lineis. circa crura fimbriatis. quas calaſiras appellant ſuper quas candida ferunt amicula tanquam ſuperiecta laneæ neq; in ædes ſacras geſtantur. neq; una cum cadauere ſepeliuntur prophanū. n. eſt. idem aliubi linea inquit ferunt ueſtimēta ſemper recens abluta. huic rei præcipue uacantes calceos papiraceos geſtant: aliam ueſtem. *aut alios* calceos induere eis fas non eſt. a lintea ueſte linteones dicti linteorum textores. ſcribit Maternus. ſi

Linteões Baccarii. Palliões.

luna in ueneris ſignis conſtituta feratur ad martem: quod iſta coniunctio faciet linteones. aut tabernarios. Alexander Romanus imperator uectigal pulcherrimum inſtituit lampridio teſte. braccharıorum linteonum. & pallionum ubi bracchariı & palliones dicuntur braccharum quæ ueſtes ſunt & palliorum confectores.

Limpida ſtella.

LIMpido: lucido ſplendicante. limpida ſtella eſt in ſecunda parte leonis. quæ in horoſcopo facit reges. MAdidos: unguentatos. CRInes madidos: unguento delibutos. CApillum deraſi: ſacerdotes egyptiaci erant capitibus deraſis. quod plinius noſter indicat: & ante plinium

Deraſi ſacerdotes.

herodotus ſic ſcripſit deorum ſacerdotes alibi comati ſunt. in egypto deraſi idem refert ſolitos eos totum corpus alternis diebus deradere. ne inter deorum cultum quicquam pediculorum. aut alterius excrementitiæ ſordis illos pollueret. Lactantius libro primo inſtitutionum illudens ſacra iſidis egyptia ſic refert. primo ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua pectora tundunt lamentantur ſicut ipſa cū perdidit filiū fecerat. ob hoc poetæ caluos hoſce ſacerdotes decenter appellant. Satyrographus cū grege linigero circūdatus & grege caluo: epigrammatiſta linigeri fugiūt calui ſiſtrataq; turba. quinetiam lampridius de imperatore commodo ſcribens ſic inquit. Sacra iſidis coluit ut & caput raderet anubin portaret & omnis partes expleret. Ex hoc iſiacorum ritu uidetur id quoq; tranſlatum eſſe. ut noſtri ſacerdotes comam alere prohibeantur. capite deraſo: quãuis eccleſiaſtici ſcriptores hoc ueluti myſtice & tropologice interpretentur: nam Diuus Hieronymus tradit quod raſio capitis eſt temporalium om-

Raſio capitis.

nium depoſitio: & quod corona in capite deſignat regni cœleſtis coronam. hoc idem legitur in decretis cãonicis. xii. q. i. De caluis celebre eſt prouerbiū apud græcos φαλακρομ τιλλεισ ideſt caluum uel-

Prouerbium caluū uellis.

lis: quod refertur ad caſſos inefficaceſq; hominum labores: illud attende a nobis explicari hunc totū cerimoniarum ritum ſecundum myſteria ægyptiorum: quãuis hæc res fiat corinthi ex formula tamē & inſtituto ægyptiacæ religionis. hoc enim imprimis ſignificari uoluit Lucius noſter. VERtice prænitentes: qui deraſo capite ſunt: uerticem habent ſplendicantem.

Terrena ſidera.

¶TERrena ſidera: magna ſacerdotum dignatio: & maieſtas: qui terrena ſidera dici mereantur. ſacerdotes hodie mundi lumina nuncupantur. & Diſtinctione. lxxxxvi. legimus ꝙ aurum non tã præcioſius plumbo eſt; ꝗ regia poteſtate al-

Laus archiepiſcopi.

tior ordo ſacerdotalis. unde tu Archiepiſcope ampliſſime dici meritiſſimo potes Terrenum ſidus. & quidē fulgentiſſimū. cū in te & fulgor ſacerdotalis: & litteraꝝ ſplendor eluceſcant & radient. columella oppido ꝗ eleganter terreſtria ſidera flores appellat illo uerſu pingit & in uarios terreſtria ſidera flores. AEreis ſiſtris: ſupra diximus ſiſtra dici crepitacula: ꝗ agitata reddebant argutū ſonū. ob hoc ſonabile ſiſtꝝ a poetis dictū. Simulacꝝ iſidis cū ſiſtro figurabat̃: hinc illud ſatyricū. iſis & irato feriat mea lumĩa ſiſtro: ſiſtratos iſidis ſacerdotes poetæ appellãt a geſtamĩe ſiſtroꝝ. ut ĩqt ſuidas. ισιαοσ θερα πευτηρεσ. i. iſidis cultores ſiſtꝝ quatiebãt: unde a uerbo græco. σειω. qđ ſignificat quatio inditū nomen.

Siſtratus

ARGVtum tinnitum:ſtridulum ſonitum : qualem ſcilicet reddunt æramenta. ANTIſtites primarios:ſacerdotes intelligit quos ꝓtomyſtas græco uocabulo ſidonius uocat : qui Archiflamines quoq; nominātur . libro codicis primo legimus Archimandritas nominari proceres ſacerdotū & antiſtites qui ab eo quod ante ſtāt & præpollent.nomen ſortiuntur.antiſtitium uocabulo elegantiſſimo dicitur excellentia & apex :Marcianus uenerabili Antiſtitio præminebat Athanaſia . inter protomyſtas es tu cum primis numerandus Archiepiſcope ſacratiſſime:qui in ordine epiſcopali uenerabilis maieſtatis

Protomyſtæ. Archiflamines. Archimādritæ.

argutum tinnitum conſtrepentes : & antiſtites ſacrorum proceres illi:qui candido linteamine cinctum pectoralem aduſq; ueſtigia ſtrictim iniecti : potētiſſimorum domini proferebant in ſignis exuuias. Quorum primus lucernam præmicantem porrigebat lumen nō adeo noſtris illis conſimilem:quæ ueſpertinas illuminant epulas.ſed aureum cymbium in medio ſui patore flammulam ſuſcitans largiorem. Secundus ueſtitu quidem ſimilis: ſed mā̄ibus ambabus gerebat altaria: ideſt auxilia:quibus nomen dedit proprium:deæ ſummatis auxiliaris prouidentia.Ibat tertius attollens palmam : auro ſubtiliter foliatam:necnon mercurialem etiam caduceū.quartus æquitatis oſtendebat ī̄dicium:

antiſtitio proecellis & iſtar luciferi inter minores ſtellas eniteſcis.

Antiſtitiū

CINctum pectoralem:non tā cīcturam q̄ ueſtē hoc in loco cinctū accipimus : nā & porphirio docet cinctū tunicæ genus eē infra pect' aptatæ. a quo cinctutos cetegos Oratius nominauerit . M . Varro cinctus inquit & cingulū a cingēdo alterum uiris alterum mulieribus attributum. uidetur autē denotare id genus ueſtis ſacerdotalis:quæ ex lio poderis erat ideſt talaris duplici ſyndone: quam Ioſephus Hieronymus. cæteri byſſinā uocant.hæc adheret corpori.& ita arcta eſt:& ſtrictis manicis:ut nulla omnino ī ueſte ſit ruga : & uſq; ad crura deſcēdat. Fuit & apud antiquos ueſtimenti genus nomine cingulum pellis colubrinæ ſimilitudine rotūdum.textum . ut marſupium longius putes.hoc balteo lineam tunicam talarē ſupradictam ſtringunt inter umbilicum & pectus. POTENtiſſimorum domini.Lege deum:ideſt deorū:dicit.n. proceres ſacerdotum oſtentaſſe exuuias deorum maximorū.exuuiarum autē noīe ſymbola quædā peculiaria & geſtamina diuīa hoc in loco ſignificantur.Vt lucerna.Caduceus : uanus & quæ ſtatim explicantur. PRImus lucernā. Religionis ægyptiæ ſymbolum eſt lucerna.ut opinor pertinēs ad oſiridis ueſtigationem : quem perditum cum luctu quærunt : mox iuentum magno gaudio proſecūtur Auctores Seneca.Auguſtinus lactantius cæteri:ob hoc uidetur Seneca in libro de beata uita ſic ſcripſiſſe : cum laurum liteatus ſenex & medio lucernam die proferens conclamat iratum aliquem deorum : concurritis & auditis . Apud nos hodieq; in pompa ſacrorum ceroferarii conſpiciuntur/Ritu prope coſimili atque germano . Tertullianus denotat hunc ritum lucernarum ſolemnium & improbat inquiens/cur die læto nec laureis poſtes obumbramus/nec lucernis diem infrigimus.poteſt lucerna hæc uideri ſymbolum ſolis qui & oſiris dicitur.cuius luce cuncta colluſtrantur.præterea auctor eſt herodotus feſtiuitatem ſolemnem in ægypto celebrari:cui nomen eſt accenſio lucernarum.propterea ꝙ noctu ſub dio per uniuerſam ægiptum lucernas accendunt/imbutas ſale.& oleo plenas cum multo Ellychnio . quod tota nocte ardēs perduret.Cur uero ſic lucernæ accēdantur.ſacra quedam ratio commemoratur:quæ auribus prophanorum minime intimanda ſit . Ad hūc myſticum ſenſum.referri non abſurde poſſet illud pſianum./ Diſpoſitæ piguem nebulam uomueræ lucernæ.portantes uiolas . poteſt hæc lucerna ſymbolū uideri inquiſitionis oſiridis.qd ſi ad uulcanū referatur:quē inuentorem ignis primum in egypto regnaſſe ſacerdotes affirmāt.lucernari uerbū uetus eſt quod ſignificat lucernis diſpoſitis illuminare: hic illud tecta lucernantur Floꝛentia lumina ſertis. CYMbiū.poculū a cymba dictum:cuius effigiē repſentat:de quo ſupra. PEctore.Corrigo patore.eſt eni pator:apuleianum uocabulū ſignificans hiatū aptionēq; & eſt orificū patens. VEſtitu ſimilis:liteamine candido idutus. IDEM auxilia:dic.i.auxilia:eſt enim quoddam quaſi interptamentū:ut lector audiens altaria ſacerdotis manu geſtari.intelligat ea auxilia nuncupari . Cur autē ita nūcupentur :ſtatim ſubiungit ab auxilio ſcilicet.quod auxiliatrix dea iſis cultoribus ſuis præſtat:itaq; altaria hæc poſſunt uideri ſymbola auxilii diuini . Apud Plautum loquitur ī ciſtellaria deus cui auxilio eſt nomen. PALmam : tanq̄ ſit ſymbolum uictoriæ : & argumentum palmiferæ regionis/ſcribit Plinius Dactylos palmarum honori deorū dicatos eſſe. CADVceū · Egyptii caduceum mercurii ſic figurant.dracones duo maſ . & fœmina cōiunguntur parte media uoluminis ſui nodo:quem uocant Herculis:primæ partes reflexæ in circulum ſunt.caudæ uero reuocantur ad capulum caducei.ornanturque alis ex eadem parte capitis naſcentibus . Argumentum caducei ad genituram hominum:quæ geneſis appellatur:egyptii pertinere demonſtrant . Plinius ideo caduceum fieri aſſerit . circundata effigie Anguium : quia angues ſunt concordiſſimi inter ſe & complexu mutuo copulantur. Vnde & caduceum ſignum pacis & ſymbolum eſſe uoluerunt.hinc caduceatores dicti pacis internuncii:liuio curtio cæteris:caducifer:quoque ipſe mercurius a poetis nominatur.

Cinctum Cicturus. Poderis ueſtis. Cigulum

Accenſio lucernaꝝ

Lucernari.

Pa tor·

Deus auxilium

Caducei. forma.

Symbolū pacis caduceus.

deformatã manum ſiniſtrã: porrecta palmula: quæ genuina pigritia: nulla calliditate: nulla ſolertia prædita: uidebatur æqtati magis aptior q̃ dextra. Idẽ gerebat & aureum uaſculũ in modum papillæ rotundatum: de quo lacte libabat. Quintus aureã uannum aureis congeſtam ramulis: & alius ferebat amphoram. Nec mora cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt: hic horrendum: ille ſuperũ cõmeator & inferũ:

Caducea tor. DEFORmata manu ſiniſtra: Videtur diſcordare Lucius noſter a Diodoro: q ſcribit in quarto bibliothecæ ꝙ iter ſacras litteras ægyptioꝝ deformatur manus dextra expanſa liberalitatem ſignificans. ſiniſtra uero compreſſa tenacitatem: atq; auaritiã: Verum nullum eſt inter ſcriptores ſuper re iſta diſſidium. cum utrũq; fieri cõmode potuerit: ut ſiniſtra compreſſis digitis eſſet ſymbolũ tenacitatis. eadẽ explicata palma foret indicium æquitatis.

Manus ſimbolũ.

GEN VIna pigricia: Ingenita & naturali: ſiniſtram enim natura. in hoĩbus pigriorem eſſe. q̃ dextrã ſat notum ꝑterq̃ i his qui ſcæuæ nominãtur: Tales enim agiliore ſunt ſiniſtra. Vnde & illis inditum nomen. Sceã. n. græci ſiniſtram uocãt: Talis uir Tiberius quẽ ſcribit tranquillus ſiniſtra manu fuiſſe agiliore ac ualidiore. Iuriſcõſulti Titulo ad edilitium edictum ſceuam hoc eſt hominẽ agilioris ſiniſtræ: neq; morboſũ neq; uitioſum eẽ tradũt. Albertus magnus in ſecundo de animalibus: cauſam refert ſiniſteritatis: q̃a uidelicet inquit iecur: Et cor uirtutes ſuas mittãt in ſiniſtrum latus & a dextro remoueantur: contingit etiam aliquando ut quis a puero ſiniſtram q̃ dextram frequentius exerceat: fiatq; inde conſuetudo. & ex conſuetudine natura: ſcripſi in tranquilli comentariis Ambidextros dici: qui utraq; manu pariter utantur: quos græci amphoterodexios uocant. de q̃bus Plato. Ariſtoteles hyeronimus: ſed quod ad ſiniſtræ manus pigritiam pertĩet quodq; memoratu dignũ eſt: comperior apud auctores quod anuli precioſi Dextra manu exempti ſunt: quæ multum negociorum gerit. & in ſiniſtram relegati: quæ ocioſior eſt ne crebro motu & officio manus Dextræ præcioſi lapides frãgerentur.

Siniſtra pigra. Sceua q

Cur ĩ ſiniſtra anuli

IN modum papillæ rotundatum. Vaſculum hoc papillæ lactanti ſimile uideri poteſt indicium bouis in quam: Io. reformata eſt: & mox facta dea Iſis. ut fabulæ ferũt. põt & *hoc ſym*bolum eſſe fœcunditatis niloticæ ut ſicut lac profuſum. ex papilla ſaginat fœtum. Ita aqua nili exuberans opimat ægyptum: obiter annotandum quẽadmodum helena in templo mineruæ ſacrauit calicem ex electro. mammæ ſuæ mẽſura. Inclytus Vldricus roſenſis inter barones Boemiæ primarius. inter diſcipulos meos tranſmontanos clariſſimus cum mecum ſemper egerit munificenter liberali nuper mihi donauit uaſculum hac figura papillæ rotundatum argenteum quidem: ſed tam fabre tã eleganter deauratũ: ut aureũ eſſe uideatur quod a me ſeruat̃ conditũ ĩ Gazophylacio ĩ quo ꝓpe peculiariter continẽtur munera: q̃bus me cõpluſculi proſecuti ſunt ob doctrinaꝝ ĩgeniiq; ut exiſtimãt claritudinem: ut ego ſentio: mediocritatem. ibidẽ quoq; radiat ſcyphus ille argenteus quẽ tu ad me abhinc ſequiãnum dono miſiſti Archiepiſcope munificentiſſime: qui bracteatoris opificio fabrefactus luculenter Vina facit meliora: ſubinuitatq; ad bibendũ.

Munus uldrici roſenſis.

Sciphus archiepiſcopi.

LActe: ſecundũ priſcorum declinationem Lacte dixit pro lac: ut ſupra. VANnum: Cribrũ poeta ĩ georgicis dixit. & myſtica uanus iachi. ubi cõmentatores expoſuerũt ideo myſticam dici quod liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinebant: & ſic homines eius myſteriis purgabantur: ſicut uannis frumẽta purgantur. hic eſt quod dicit̃ Iſis oſiridis membra a Tiphone dilaniata cribro. i. uãno ſuperpoſuiſſe: nã idem eſt liber pater & oſiris Iſidis maritus: in cuius myſteriis uãnus eſt: & nunc in põpa iſiaca geſtabatur. dicitur aũt uãnus cribrũ υποκοριστικωσ Vallus. inde ſit uerbum euannare: quod eſt uãnis ſiue uallis expurgare. *M. Varro* in primo de re ruſtica. Ita fit ut qđ leuiſſimũ ẽ in eo: atq; appellat̃ acus: euannatur foras extra areã: in uarronianis codicib⁹ mendũ ĩoleuit in q̃bus euaminat̃ paſſim legit̃. uerbo futili & nugatorio: cũ euãnat̃ legem dũ ſit ſicuti nos correximus uerbo latiniſſimo. & uarroniano: qđ a uãnis ĩflexũ ẽ. Columella ꝑcipit frumẽta uãnis expurgari in area deterſa.

Vannus myſtica.

Euãnare.

DEI dignati pedibus incedere: ioculariter dictũ & decẽter. dicimus. n. deos ĩcedere pedibus hũanis: quãdo hoĩes in põpa ſacrificali ſuſtinẽt perſonas & nomina deoꝝ: De quibus ĩtellexit Tertullianus ſic ſcribẽs: ipſos deos ueſtros ſæpe noxii induunt. Me cum ego ſubinde recollens: hæc inſtituta ſacroꝝ ethnicorũ uenio in eã ſententiã: ut credã pleraq; oĩa ad cerimoniaꝝ noſtraꝝ celebrationẽ ꝑtinẽtia: illinc eẽ trãſlata trãſpoſitaq;. Nimirꝝ ex gentiliũ religiõe ſunt lineæ ueſtes: deraſa ſacerdotũ capita. uertigines in altari pompa ſacrificalis: muſica modulamina Adorationes ꝑces aliaq; id genus cõpluria: q̃ noſtri ſacerdotes in noſtris myſteriis ſolẽniter uſurpãt: aud dubie ſumpta de cerimonia priſcoꝝ. ſic & apud nos hoĩes incedũt in põpa ſacrorum: ſub effigie ſanctorũ & ꝓphetaꝝ: qui dici poſſent dei humanis pedibus incedẽtes.

Ex cerioniis priſcoꝝ cerimoniæ noſtræ.

ILLE ſupum: Sẽſus eſt. mercurius q & Anubis dicitur q & nuntius ſuperoꝝ ac ĩferorũ deoꝝ eſſe fertur. ꝓdibat attollẽs caninũ caput. cecinit poeta in ope ſerio. oĩgenumq; deum mõſtra. & latrator Anubis: quẽ locum exponens Seruius inquit hunc uolũt eſſe mercuriũ. Ideo capite canino pingit̃. q̃a nihil eſt cane ſagatius. Tradunt hiſtorici anubim oſiridis filium ſecutum eſſe patrẽ in bellicam. expeditionẽ: qui armis uſus inſignibus canẽ ꝓ inſigni geſtauit: qua ex re canina forma apud ægyptios collit̃: & canes ipſi ĩ ſumma dignatione habentur

Anubis canino capite.

bentur:cuius rei Euſebius quoq; cômeminit libro ſecundo ꝑparationis euãgelicæ:ſcribens deum qui apud egyptios Anubis appellatur caninũ habere caput: eaq; re oſtẽdi cuſtodem ipſum oſiridos fuiſſe:tam belluas q̃ iportune obiam factos coercẽtem. A canibus qui pro diis habentur dicta eſt Cynopolis.quaſi canum ciuitas.hic morſus ille ſatyricus. oppida tota canẽ uenerantur nemo dianam. De anubi dixit Ouidius p anubidis ora uerendi:& ut autumat Strabo anubis deus q capite canino figuratur colitur in ciuitate canũ.i.cynopoli:ubi ſacer quidã cibus eſt canibus cõſtitutus.dicitur autem Mer

Cynopolis.

nunc atra nunc aurea facie ſublimis: attollens canis ceruices arduas anubis: leua caduceum gerens dextra palmam uirentem quatiens: cuius ueſtigium continuum ſequebatur. bos in erectum leuata ſtatum bos omnia parentis deæ fœcundum ſimulacrum: quod reſidens humeris ſuis proferebat unus ẽ miniſterio beato greſſu geſtuoſo: ferebatur ab alio ciſta ſecretorum capax: pœnitus celans operta magnificæ religionis. gerebat alius fœlici ſuo grẽmio ſummi ſui numinis: uenerandam effigiem: Ac ne. Hominis quidem non pecoris. non auis. non feræ ipſius conſimile: Sed

curius cômeator ſuperorum & inferorũ qm̃ ultro citroq; commeat inter ſuperos & inferos ut poetæ canunt:& ut inquit claudianus cõmune profundis & ſuperis numẽ qui fas per limen utrũq; ſolus habet geminoq; facit cõmercia mũdo.ab Homero dicitur.διακτωρ. ideſt iternũcius. Macrobi' ex hoc Mercurium myſtice ſolem ſignificari argumentatur: nam cum ſol in iferiore hemiſpherio.ideſt hiemalibus ſignis curſum ſuum peragit: dicitur iferorum adminiſter cũ uero ſuperiori hemiſpherio partem zodiaci ambit æſtiuam: tunc ſuperorum nuncius exiſtimatur. NVNC atra:nunc aurea facie.Egyptii ſimulacrum Mercurii parti cerulea ſpecie & atra/partim aurea & clara figurant:ut per atrum colorem commeator iferum per auream faciem ſuperorum nuncius declaretur. BOS in erectum leuata ſtatum. Fabula notiſſima quẽadmodum .Io. in bouem demutata eſt.mox ẽ boue dea iſis facta:unde merito in pompa iſiaca bos ꝓdibat: quæ ſymbolum quoq; ut docet ipſe Lucius/eſt deæ oĩa progignentis.egyptus bouem uice numinis colit.quem apim uocant:cui ſemel in anno oſtenditur fœmina bos iſignibus quibuſdam notabilis.Plinius & Solinus auctores.Fuit & in egypto præfectura. bouina nuncupata a boue cui dedicata eſt:bouem autem colũt inter deos utilitatis cauſa:conſtat enĩ ut refert Euſebius bouem tam partu q̃ arandi opera eſſe conducibilem. Annotãdum ab eodem Euſebio tradi papauer eſſe ſymbolum fecunditatis.ſupra diximus/quẽadmodum apis egyptiorum deus maximus/poſtea dictus ẽ ſerapis. Scribit Suidas απιδεσ θεοὶ ησαμ τιμωμενοι παρα αιγυπτιοισ σημειομ εχομτεσ περι τημ ουραμ καὶ γλωσσαμ δηλουμ ειμαι αυτουσ απιδασ.i. Apides dei erant honorati apud egyptios ſignũ habẽtes i cauda & in lĩgua qd' declarabat eos eẽ apides: qbus inuẽtis εορτημ μεγαλημ ηγομ.i. feſtiuitatẽ magnã agebant.Præterea memoriæ ꝓditũ eſt a ſcriptoribus celeberrimis deos egyptioꝝ eẽ bruta animãtia & ſingulas pene i egypto ciuitates ſingulas beſtias & mõſtra uenerari/unde & urbes apđ eos ex ãimaliũ uocabulis nũcupãt̃.ut leõtopolis cynopolis licopolis. Cur aũt ãimalia ꝓ diis i egypto colerentur cauſas cũ alii referũt tũ Diodorus i ſecũdo bibliothecæ. OMnia parẽtis deæ. lũcti lego oĩparẽtis.ſic & poeta dixit i.vi. terræ oĩparẽtis alũnũ cernere erat:qua enĩ forma oĩpotens eadẽ & oĩparẽs dicit̃/q̃ſi oĩa pariẽs oĩa gignẽs. EMIniſterio beato.ex miſtris ſacrorũ. q merito beati dicũt̃.ut pote cognatione quadã cũ numine beatifico coniũcti.Meercurius cũ uenere i horoſcopo faciet baiulos ſacrorũ ſimulacroꝝ. Idẽ i tertio loco cũ uenere faciet ueſtitores deoꝝ. Greſſu geſtuoſo.M.Tul. & Diu' Ambroſius de officiis ſcribẽtes ꝑcipiũt cauẽdũ eſſe ne tarditatib' utamur In greſſu molliorib':ut ſimiles põpaꝝ ferculis eẽ uideamur/ex quo đclarat̃ fercula baiuloſq; ſacroꝝ ſimłacroꝝ i põpa ſolẽni icedeř cõſueuiſſe greſſu quodã molliſſimo.& hiſtriõico ac ꝓrſus põpatico. CISta ſacroꝝ capax.De ciſta hac qua ſacra optanea occultãtur/& de canephoris.i.baiulis ciſtæ ſacrificalis.habũde ãnotaui i.vi. cõmẽtario.ubi ſcribit tacita ſecreta ciſtaꝝ.illic repete ſi qd hic deſiderabit̃: Suidas appellat κισ τασ ιερασ.i. ciſtas ſacras:a qbus κισ τοφοροσ dictus ciſtifer baiuluſq; ciſtaꝝ. OPERta.Supra diximus optanea ſacra appellari:quæ opta erãt:neq; expoſita oculis ꝓphanoꝝ/nã myſteria a græcis dicũtur. ut interꝑtatur Suidas.απο του μυειμ το στομα.i.ab ore claudẽdo.q. ſ.deceat eos. q audiũt diuinas cerimonias & religionis arcana os obturare.nec ulli mortaliũ enũtiare. SVMmi ſui numinis. Videtur ſignare ſimulacrũ iſidis quod i arcano habebatur.quod nulla animantiũ effigie figuratũ fuiſſe demonſtrat. ſed noua quadã forma fabrefactũ:tãq̃ deus & natura rerũ parẽs nulla imagine mortaliũ effingi poſſit.Sic quitus curtius effigiẽ Iouis hamonis umbilico ſimilẽ fuiſſe tradit.ſic & Cor. Tacitus ſimulacrũ paphiæ ueneris nõ humana effigie fabrefactũ eſſe autumat:ſed continuũ orbẽ latiore initio tenuem in ambitum.metæ modo.exurgentẽ ſpectari:cuius rei ratio in obſcuro ſit.Iudei nulla omnino effigie nulloq; ſimulacro deũ colũt:qui incorporeus eſt.inominabilis indicibilis incõprẽſſibilis.Vnde anthropomorphitæ merito culpãtur quorum hereſis ex eo fluxit & nomẽ:q; deũ habere humana mẽbra arbitrabãtur ignorãtes/qd' deus nec mẽbris diſtinguitur/nec corporis mole cẽſetur. Verũ quando incanonicis

Interuncius. Sol mercurius. Apis bos. Papauer ſymbolũ fecũditatis. Veſtitores deoꝝ. Ciſtæ ſacræ. Ciſtophorus. Optanea Myſteria unde. Anthropomorphitæ.

ſollerti repertum etiam ipſa nouitate: reuerendam al/
tioris utcumq; & magno ſilentio tegente religionis ar
gumentum ineffabile. ſed ad iſtum plane modum ful/
gēte auro figuratum. Vrnula faberrime cauata fundo
q̄ rotundo miris extrinſecus ſimulacris egyptiorū effi
giata. eius orificium non altiuſcule leuatū: in canalem
porrectum longo riuulo prominebat. Ex alia parte ue
ro multū recedens ſpatioſa dilatione adherebat anſa:
quam contorto nodulo ſuperſedebat aſpis ſquameæ
ceruicis ſtricto tumore ſublimis: & ecce p̄ſentiſſimi nu
minis promiſſa nobis accedunt beneficia: & fata. ſalu/
temq; ipſam meā gerens ſacerdos appropinquat ad ip
ſum p̄ſcriptū diuinæ promiſſionis ornatū. dextra pro
ferēs ſiſtrū deæ coronā. mihi etiā Hercules coronā con
ſequenter. quod tot ac tantis exanclatis laboribus: tot
emerſis periculis deæ maximæ prouidentia ad luctan/
tē mihi ſæuiſſimā fortunā ſuperarē: nec tamen gaudio
ſubitario cōmotus inclementi me curſu proripui: ue
rens ſcilicet ne repentino quadrupedis impetu religio
nis qetus turbaretur ordo: ſed placido ac prorſus hu
mano gradu cōtabundus paulatim obliquato corpo
re ſane diuinitus decedente populo. ſenſim inrepo. At
ſacerdos ut re ab ſe cognoſcere potui: nocturni cōmo/
ne fcūs oraculi; miratuſq; cōgruentiā mādati muneris
cōfeſti reſtitit; & ultro porrecta dextra ob os ipſū meū

ſcripturis membra deo attribuuntur: id totum myſtico intellectu ad poteſtates diuinas referendum
eſt. SOlerti repertum. Corrigo repertu. hoc eſt inuentu. ſiue inuentione. TEgente. Purior lectio ē
tegendæ religionis. VRnula faberrime cauata. Opinor hāc urnulā referri ad ſitulā. quā ſiniſtra reti/
nens iſis figuratur: per quam fluentiam omnium lacunaꝝ oſtendi tradunt. præterea capiti ſerapis. cu
ius numen cum iſide cōmune eſt. calathum inſigunt: quaſi ſol ſit. cuius uertex inſignitus calatho & al
**Faberrie.** titudinem ſideris monſtrat. & potentiam capacitatis oſtendit. faberrime autem aduerbium eſt ſigni
ficās p̄fectiſſime politiſſimeq;: fa
bre ut īquit placiades perfecte di/
citur. Quam rotundo. Rancida
grammaticoꝝ ſubtilitas. q̄ rotun/
diſſimo contendit eſſe dicēdum.
auctoritas eruditoꝝ: quæ lōge po
tentior eſt grāmaticalibus illis pla
citis poſthabitis ſic dicere ſæpiſſi/
me mauult. SIMVlacris egyptō
rū. De ſimulacris egyptioꝝ: quæ
ſunt illorum ſacræ litteræ ſuo lo/
co mox dicemus & dudum dixi/
mus deos egyptioꝝ eſſe anima/
lia. LONgo riuulo prominebat.
Videtur oſtendere urnam illam
fuiſſe naſutiorem: &. n. naſus dici
Naſus in uaſis. tur in uaſis riuulus ille prominēs
ex quo liquor egeritur Iuuenalis
ſiccabis calicem naſoꝝ quattuor.
Ab epigrammatario poeta quoq;
dictum eſt. naſus longior ille fuit.
DILAtione. Lego dilatatione ſi.
gnat enim urnā dilatatam fuiſſe
ab ea parte. qua adherebat anſa. &
ita hodieq; urnæ fictiles fingūtur
ut ſcilicet ſint orificio patentiore
SVPER ſedebat aſpis. Nō teme
re aſpis ſedens ſuper anſam ur/
næ fuiſſe deſcribitur ſed ex myſte
riis egyptioꝝ ſumptū quibus iſis
figurabatur Cinctū caput habens
aſpide ſerpēte: Quod & Valerius
Flaccus denotat illo uerſu de iſi/
de loquens. Aſpide cincta comas.
Aſpis ī capite iſidis & ouanti perſona ſiſtro. Auctor eſt herodotus ſerpentes in egypto ſacros eſſe. nihil omnino homini
bus noxios. Lego apud Amianū Marcellinū alii ī egypto ſerpētes īnumeras quas oīs magnitudine
& decore aſpis facile ſupereminet multa in illis tractibus Vnde & ſimulacris iſidis peculiaris. Aſpidū
Vis ſomniſica aſpidi. ceruices & colla ītumeſcere. & tumore uenenato exuberare auctor eſt Plinius. qui aliubi tradit aſpidi
uim ſomnificā ī eē: ut percuſſos torpore & ſomno necet: tales uocāt hypnalas a ſomno. Cleopatra te/
ſte Solino hypnalen aſpida adhibuit ad morſū: Vt ita ſomno extingueretur. ptyadas aſpidas appel
**Hypnale.** lātq̄ Saliuas uenēatas ī oculos hominum expuāt. PRAESENtiſſimi. Virgilius nec tā p̄ſentes alibi
**Ptyades.** cognoſcere diuos. Plinius remedia p̄ſētiſſima ſcite appellat. quæ ſtatī afferūt. medelā ſalutarē: & ſine
dilatione perſanāt. SAlutē meā gerēs ſacerdos. Coronā roſeā ītelligit qua ſalus Lucii & reformatio
promittebatur. PROferēs ſiſtrū deæ. Hæc fuerat diuina iſidis ꝓmiſſio quæ ſupra ſic Luciū alloquitur
meo monitu ſacerdos. qui ī ipō procīctu pōpæ roſea māu dextra ſiſtro coherētē geſtabit coronā. MI
hi hercules coronā. Senſus ē: ſacerdos dextra ferebat coronā iſiacā. quæ dubio procul mihi quoq; erat
cōueniēs corona: cū coronādus merito forē. tāq̄ fortunæ uictor. qui tot labores tot erūnas ī oī uita per
tulerā: corōati. n. uictores ī ludis corōis multifariis cōſtat de qb⁹ aliubi plura. EXANclatis. Exhauſtis
exſudatiſq;. DEæ maximæ. Iſidis. INCLEmēti. īmodico. & ferociēti. CVNctabūdus. Cōtāter & lē
to greſſu gradiēs. DECEdēte diuinitus populo. Nutu & numīe deæ iſidis cōmonitus oīs populus
aſino decedebat: dixit. n. ſupra hoc ipſo uolumīe: meo iuſſu tibi cōſtricti comitatus decedent populi.
RE ab ſe. Legēdū eſt reapſe. hoc eſt re ipſa. ut ueteres dicebāt & ſupra annotatū eſt. NOcturni oracu
**Reapſe.** li. Dixit ſupra iſis: hoc eodē momēto quo tibi uenio ſimul quæ ſūt cōſeq̄ntia ſacerdoti meo per quietē
facienda præcipio. MANdati muneris. A dea ſcilicet per nocturnam quietem. OB os. A dos.

coronam exhibuit. Tunc ego trepidans aſſiduo pulſu micanti corde: coronam quæ roſis amœnis intexta fulgurabat auido ore ſuſceptam: cupidus cupidiſſime deuoraui. nec me ſefellit celeſte promiſſũ. Protinus mihi delabitur deformis & ferina facies: ac primo quidem ſquallens pilus defluit. ac de hĩc cutis craſſa tenuatur: uenter obeſus reſidet. pedum plantæ per ungulas ĩ digitos exeunt. manus non iam pedes ſunt: ſed in erecta porrigũtur officia. ceruix procera cohibetur. os & caput rotundatur: aures enormes repetunt paruitatem priſtinam. dentes ſaxei redeunt ad humanam minuciẽ: & quæ me potiſſimum cruciabat ante cauda: nuſq̃ cõparuit: populi mirantur: religioſi uenerãtur tam euidentem maximi numinis potentiam: & cõſimilem nocturnis imaginibus magnificentiam: & facilitatem reformationis. claraq; & conſona uoce cælo manus attẽdẽtes teſtantur tam illuſtre deæ beneficium. At ego ſtupore nimio defixus tacitus herebam: animo meo tam repentinum: tamq; magnum non capiente gaudium:

